dicebatur quando sapientes re-
gnabant: ait Señ. epistola. xliiij.
in illo inquit seculo: quod aureũ
perhibetur. quando penes illos
sapientes regnuʒ erat Possedo
nius iudicabat. hi continebant
manus: ꝛ infirmiores a validio-
ribus tuebantur. Suadebãt ho
nesta: disuadebant contraria: ꝛ
vtilia atqȝ inutilia monstrabant.
horum prudẽtia ne quid deesset
suis prouidebat. Fortitudo arce
bat pericula: beneficia augebant
ornabantqȝ subiectos: officium
erat imperare non regimen. Ne
mo q̃tũ posset aduersus eos ex
periebatur per quos ceperat pos
se, nec erat cuiqȝ animus ad iniu
riam aut causa: cum bene impe-
D ranti bene pareretur: nihilqȝ ma
ius minari male parẽtibus pos-
set: q̃ vt abirent e regno. Hec il-
le. vere ergo illud seculum aure
um quando sapientes principa-
bantur. Unde Boetius primo de
consolatio. c. iiij. dicit. ꝙ ƀʒ Pla-
tonem respublica felix. esse inci-
pit: si eam vel studiosi sapientia
regerent: vel eius rectores: sapiẽ
tie studere contingeret. Ideʒ ait
Ualerius lib. vij. c. ij. Et ideʒ So
crates: q Appollinis oraculo sa-
pientissimus fuit iudicatus: pro-
ut dicit Policratus li. iiij. c. vj.
Nullus enim est: queʒ oporteat E
vel plura vel meliora scire: q̃ pn
cipem: cuius doctrina omnibus
debet prodesse subiectis: Cũ eni
pacis itẽqȝ belli debeat opa mo-
derari: legum: reiqȝ bellice ipsuʒ
oportet habere peritiam. ait Ue-
getius: renatus. Regale eni op⁹
est sapere: ꝛ diiudicare: ait Tuli⁹
libro primo de diuinatione. Qđ
opus non potest exerceri sine di
scretione sapientie. Iudex eniʒ sa
piens iudicabit populum suum.
ꝛ rex insipiens perdet ppl̃m suuʒ
Eccle. x. Unde ꝛ deus voluit sa-
pientes esse rectores populi sui. F
Sicut Abrahaam qui fuit peri-
tus in omni doctrina egiptiorũ.
Act. vij. ꝛ Moyses. Similiter
Dauid qui habuit sapientiam si-
cut angelus dei. ij. Reg. xiiij. Et
Salomon petijt a deo sapientiã
ad regendum populum dei: cui
dedit dominus cor sapiens ꝛ in-
telligẽs. iij. Reg. iij. princeps eiʒ
insipiens est sicut furiosus gladi
um habẽs in manu: ꝛ sicut igna
rus gubnator: tenens guberna
culũ i tẽpestate. ꝛ sic leges igno-
rans ꝛ sedens in loco iudicij ꝛ iu
dicium peruertens. Qđ plangit G

sapiens Ecc.iij. Uidi loco iudicij
impietatem: ꝛ loco iustitie iniq/
tatem. Si tamen ꝯtingat: ꝙ prin
ceps sit ignarus sapientie ꝛ diui
naꝝ legum: inquirat noticiaꝫ di
uine legis a sacerdotibus ſꝫ pre/
ceptuꝫ legis diuine. ꝛ audiat ve
ros doctores: ꝛ eorum consilijs
acquiescat: exemplo Dauid: q ha
buit secum Natham prophetaꝫ
ꝛ Sadoch sacerdotem.

¶ Capl'm. viij. Q̄d princeps sit
largus munificentia.

e T quia princeps dꝫ om
nibus prodesse: vt dictū
est: ꝛ dꝫ omnib9 eē ama
bilis: ideo debet esse in eo largita
tis munificentia. Amici eniꝫ sūt
dona tribuētis: prouer.xix. Et di
uitie scilicet erogate addunt ami
cos plurimos. ibidem. Hoc eiꝫ
facit principes amabiles: sicut d̄
Tito ait Policrates li.iij.c.xiiij.
I Quid dicam scilicet de Tito: qui
patris auaritiam tanta liberalita
te purgauit: vt amor ꝛ delitie ab
omnibus diceretur: constantissi
me tenens in moribus: ne quem
postulandi gratia ad se accedētē
sine re vel spe quoquo modo di
mitteret. vnde ꝛ interrogantib9
domesticis: cur plura polliceret
ꝙ̄ p̄stare posset: respondit: Non
oportet: quēꝙ̄ a sermōe pricipis
tristem recedere. Idem recorda
tus super cenam: ꝙ nihil ea die
cuiꝙ̄ prestitisset: dolēs ꝛ gemēs
K ait. O amici: diem hanc perdidi

Nullum enim vitium deterius
auaritia: presertim in principibus
rempublicā gubernantibus: ait
Tulius.i. de offi.c.xxiij. Et sequi
tur. Q̄d Apollo phitius oraculo
edidit.. Spartā nulla re alia ni/
si auaritia esse perituram. Unde
ꝛ eius etiam suspitio est vitanda
ait idem.c.xviij. Largitas v̄o fa
cit principes amabiles: famosos
ꝛ claros: ait Boeti9.ij. de ꝯsola.
c.v. Claros largitas fac̄. ꝛ debꝫ
esse multiplex in principib9 scilꝫ.

¶ In donorū mūifica largitate
¶ In sui affabili condescensio/
ne ꝛ quasi sui exhibitione.
¶ In superuenientium liberali
susceptione: ꝛ
¶ In necessariorum prompta
administratione.

¶ Princeps enim debet dona
tribuere ſm decentiam ꝛ eminē
tiam sui status: sine magna pre/
ciositate ꝛ multa numerositate:
indilata ꝓ̄portione: ꝛ hilari iocū
ditate. habita tamen recta consi/
deratione ad suam possibilitateꝫ
ꝛ ad eorum quibus dat qualita/
tem: ꝓut docet Seneca.ij. de be
neficijs.c.xij. di. Respiciende sūt M
cuiusꝗꝫ vires facl'tatesꝗꝫ: ne aut
plus prestem9 ꝙ̄ possumus: aut
minus. Estimanda est enim per
sona cui datur. vtriusꝗꝫ personaꝫ
confer. ꝛ inter ipsas examina qd
donabis. Ubi pōit exēplū d̄ Ale
xandro: qui dedit vrbem cuidā.
Cui cum ille diceret: non conue/

nire sue hoc fortune: nõ quero in
quit quid te accipe deceat: sꝫ qd
N me dare: Animosa vox ⁊ regia
videtur: sed stultissima: ait Señ.
ibi. Nihil enim per se decet quẽ
ꝙ: sed refert quid: cur: q̃re: vbi:
⁊c. sine quibus facti ratio nõ cõ-
stabit. econtrario ponit exem-
plum de Antigono: a quo Cin-
nicus petijt talentum. Cui ille re-
L spondit: plus esse ꝙ Cinnic⁹ pe-
tere deberet. At ille repulsus peti
it denarium. Cui rex respondit:
minus esse ꝙ regem dare dece-
ret. Turpissima h̃ cauillatio. In-
O uenit enim quomodo neutrum
daret: cum posset denarium tan-
ꝙ Cinnico dare: ⁊ talentuꝫ tãꝙ
rex. Nam persone contemptibi-
li parum potest dari. tamẽ decet
personam nobilem magna dare
Sed hec largitas debꝫ esse equi
tate iusta scilicet dando de ꝓprio
P non de alieno: ꝙtitate modera-
ta. vt det scilicet ꝙtum decet vti-
litate proficua: vt det ad vtilitatẽ
dantis. intentione ordinata: vt. s.
non ad pompam ⁊ iactantiam:
sꝫ ad profectũ suscipientiuꝫ: pro
M ut dicit de his Tulius. ij. de offi.
c. xix. Multi inquit patrimonia
effundunt: inconsulte largiendo
Quid autem stultius ꝙ quod fa
cis libenter: curare ne id diutius
facere possis. Ad quam etiaꝫ lar
gitioneꝫ sequuntur rapine ⁊c. Et
Q sequitur. Duo sunt largorum ge-
nera: quorum alteri prodigi sciꝫ
qui in epulis ⁊ inuitationibus: ⁊
gladiatorꝫ muneribus: ludorum
venationũq; apparatu: pecunias
ꝓfundũt ⁊ in eas res: quarũ me
moriam aut nullam aut breuem
sunt relicturi. Alij sunt liberales:
qui facultatibus suis aut captos
a predonib⁹ redimũt: aut es alie
num suscipiunt: amicoruꝫ causa
aut in filiarum collocatione ad-
iuuant: aut opitulantur in re acq
renda vel augenda. Idem Am-
bro. primo de offi. vbi ait. Non ẽ
largitas: si qd̃ alteri largiris: alte
ri extorques: illi dare: isti noces:
qd̃ fit iactantie cã magis ꝙ mise
cordie. Et ibi bñ de hoc. Et seqt
R perfecta est: vbi silentium op⁹te-
git: ⁊ necessitatib⁹ singulorũ ocul
te subuenit: quam laudat os pau
peris non labia sua. Nesciat inqt
xp̃s sinistra tua quid faciat dexte
ra tua. Math. vi. Et de hoc Tu-
lius. i. de offi. c. xviij. ea inquit li-
beralitate vtamur q̃ amicis ꝓsit.
nemini noceat: nihil enim libera
le quod non iustum. Et Sene. i.
de clementia. c. xiij. dicit. ꝙ nõ ẽ
liberalis qui de alieno est libera-
lis: sed ille qui quod alteri donat
sibi detrahit. Et hec munificen-
tia prouocat amorem. nedũ suo
rum sed etiam extraneorum. vn
de Valerius libro. v. c. i. narrat d̃
legatis Carthaginensibus veni-
S entib⁹ ad vrbem ad redimendũ
captiuos. quibus nulla recepta
pecunia etiam exercitus captiuo

rum redditus est. Quos obstu/
puisse arbitror: et secum dixisse. O
munificentiam gentis romane:
deorum benignitati equandam
O etiam nostram legationem su
pra vota felicem. Beneficium qđ
nunquam dedissemus accepimus.
Unde et in admirationem: ꝓco/
nizationem: et dilectionem dantiū
eos beneficij munificētia prouo
cauit. Et hanc largitionem auget:
quando dona dantur prompte et
hilariter: prout ait Seneca. primo
de bñfi. c. vi. d. quod quidā bñficium
T ab homine duro et aspero datum:
panem lapidosum vocauit: quem
esurieti accipe necessariū est: sed
tn̄ acerbū. Unde qdā ꝟsificator
egregi⁹. Denigrat meritū: dantis
mora: Nā data rapti. Munera
plus laudis: plusq; fauoris hn̄t.

Capitulum nonum. Quod prin
ceps sit affabilis hilari leticia.

i Tem princeps debet eē
munificus in affabili sui
ipsius ꝯdescensione. Nā
vt ait Seneca primo de benefi.
c. xvij. Beneficium siue liberali/
tas fit dupliciter: aut opa: aut pe/
cunia. Altera ex archa: altera ex
V ꝟtute depromitur. Unde et in lau
dem Traiani dicitur: quod arguen/
tibus eum amicis: quod in omnes ni
mium: et vltra quam imperatorem
deceat cōis esse respondit: se ta/
lem velle imperatorem esse pri/
uatis: qualem imperatorem sibi

quisq; priuatus optaret. Cauere
tamen princeps debet ne nimis X
condescendat et vilescat auctori/
tas: prout dicit Ualerius libro .ij.
c. i. narrās: quod Medie reges nul
li mortalium osculum ferebant.
Quicquid enim in excelso fasti/
gio positum est: humili et certa
consuetudine quo sit venerabili
us vacuū esse consueuit. Ex hac
benigna consuetudine: et conde Y
scensione Julius Cesar amorem
militum suorum meruit. quia il
lis condescendebat. Non enim
eos milites pro conditione: sed
blandiori nomine cōmilitones
appellabat. Miro quoque mō eos
diligebat: et carus habebatur ab
illis. Et aliquādo militi suo subi/
ta valitudine grauato in diuer/
sorio locum suum dimisit: et ipse
humili loco ac sub cliuo accubu
it: prout narrat libro de vita Ce/
sarū beniuolentia enim principis
ꝯdescēssiua suis: mltū eos ꝓuo/
cat in ei⁹ amorem. Unde et de Alex. Z
narrat Valeri⁹. li. v. c. i. quod cū vide
ret militē quendā senio confectū
frigore nimio stupefactum: cum
ipse esset in sede sublimi propin/
qua igni: surrexit: et suis manib⁹
illū in sede sua imposuit dicens:
Illud salutare futurū: et qđ apud
persas capitale extitisset: solium
regium occupasse. Quid igitur mi/
rum: si sub eo duce militare tot A
annis dicebant iocundū: cui gre
garij militis incolumitas proprio sa

ſtigio carioꝛ erat.hec ille.Conſi/
militer narrat Sen̄.v.de benefi/
cijs.c.xviij.de Ceſare:ꝙ cū vete
ranus quidam miles diceret ei:
qui apud vicinos ex cauſa ꝑme/
bat. Meminiſti o imperatoꝛ in
hiſpaniam:cū ſub quadā arboꝛe
feruentiſſimo ſole veles reſidere
quēdā ex comilitonibus penulā
ſubſtrauiſſe: Memini inquit:et
B ꝙ ſiti confectus ire volebā ad fō
tem:ſed nō poteram repere ma/
nibus niſi comiliton foꝛtis ac ſtre
nuus aquam mihi in galea attu/
liſſet:poſſeſ inquit impatoꝛ agno
ſcere militem illum aut galeam?
Ait imperatoꝛ: ſe nō poſſe galeā
agnoſcere ſed hominē.⁊ adiecit
Tu quidem ille non es.Merito
ait miles:me non agnoſcis. Nā
tunc integer eram:poſtea in acie
oculus effoſus eſt: de capite oſſa
eiecta. Quod audiens Ceſar ve
nit exhiberi negociū:⁊ agellos
in quibus cauſa rixe ac litiū fue/
rat militi donauit. De Auguſto
Ceſar narrat. Poli.li.iij.c.xviij.
Aliter.ꝙ cū veteranus periclita/
ret in cauſa:rogauit Ceſarē in pu
blico:vt adeſſet.Qui aduocatū
preſtantiſſimum dedit ei.Cui ve
C teranus.Non ego Ceſar pericli/
tāte te i bello Aſiatico vicariū q̄
ſiui:ſ; ꝓ te ipſe pugnaui.Detexit
ꝙ ipſas cicatrices.Erubuit Ce/
ſar:venitq; in aduocationē:vt q
verebat non tm̄ ſupb⁹ ſed etiā in/
gratus videri.Tali benefica be/
niuolentia:⁊ condeſcenſione be
niuola:meruit non ſolum amo/
rem militum:ſed etiam aduerſa
rioꝝ.De ipſo quoq; Julio Ceſa
re ait Solinus li.i.ꝙ benignitate D
adeo preditus fuit: vt quos ar/
mis ſubegerat:clementia magis
vicerit. Unde ⁊ imperatoꝛ eter/
nus rex regum: ⁊ dominus do/
minantium. vt oñderet amoꝛe;
ſuum ad nos:⁊ nos ad amoꝛem
ſuum aliceret: non ſolum ſua no
bis dedit:ſed etiam ſeipſū: ⁊ ſū
ma ⁊ admiranda munificentia
ſe nobis cōicauit.ro.v.Cōmen/
dat charitatē ſuā in nobis.⁊c.Et
Eph.v. Chriſt⁹ dilexit nos ⁊ tra
didit ſemetipſū pro nobis. Joh.
xv.Maioꝛem charitatē.⁊c.

¶ Capitulum decimū.Qḋ ꝑn/
ceps ſit liberalis in hoſpitum ſu
ſceptione grata.

Similiter princeps debet
eſſe in ſuſceptione hoſpi
tū aduenientiū dapſilis
⁊ largus. Si.n.hoſpitalitas ē in
oībus cōmendanda:⁊ eius con/ E
trarium deteſtandū.put di. Apo
ſto. Petrus.i.pe.iiij. Hoſpita/
les inuicē ſine murmuratione ⁊
Heb.xij.Hoſpitalitatē nolite ob
liuiſci.per hāc eni placuerūt qui
dā angelis hoſpitio recepti Abꝛa
ham.ſ.⁊ Loth.gen̄.xviij.⁊.xix.
Multo magis eſt laudanda in
principibus:⁊ contrarium vitu/
perandū. Per eam ei; fauoꝛ ⁊
amoꝛ populoꝝ impetrat: q2 ſplē

Cesar in aduocatione
a veterano postulatus

didũ in panibus benedicẽt labia
multorum. Ecc.xxxj. Unde ⁊ sal
uatorẽ nostrum voluerũt facere
regem. postꝙ eos satiauit pani-
F bus. Jo.vj. sup qꝺ Criso.omel.
lxxxi. dicit: ꝙ multa fuerat opera
tus mirabiliora: sed nunꝙ con-
fessi sunt eũ regẽ nisi quando im
pleti sunt panibus. Magna eniꝫ
tyrãnidis est superabundãtia ca
strimargie. ait ibi. Et econtrario
narrat Tuli⁹.ij. de offi.c.xviij. ꝙ
Manito homini ditissimo pre-
termissio edilitatis. consulat⁹ re-
pulsã attulit. Huius hospitalitatꝫ
exemplũ habemus in Job.xxxi.
c. libri sui. Si comedi bucellaꝫ
meã solus: ⁊ non comedit pupil
lus ex ea. ⁊ p⁹. Foris non mansit
pegrin⁹: hostiũ meuꝫ patuit via
tori. Hospitalitas eni honestissi-
ma ⁊ famosissima est principib⁹
vnde narrat Valeri⁹ de quodam
magnate.li.viij.c.vltimo.s. Ar-
G gentino gallie possessore: Erat in
quit opibus excellẽs: sed animo
locupletior: semperqꝫ in erogã-
da potius ꝙ congreganda pecu
nia occupatus: adeo vt dom⁹ ei⁹
quasi quedam munificentie offi
cina diceret. Illic enim publicis
apta munimenta vsibus extrue
bant: illic grata populorũ oculis
spectacula edebant: illic epularũ
magnifici apparat⁹: libẽtiqꝫ ani-
mo annone subsidia orlebantur
Et cum hec: vniuersis inopia la-
borantibus priuatim alimẽta: do

tes ẽginibus paupertate pressis
detrimentorum cursu quassatis
subsidia errogabat: Hospites q̃
qꝫ tũ vrbanis penatib⁹: tuꝫ etiaꝫ
rusticis tectis benignissime exce
pti: varijs ornati muneribus di-
mittebãt. Quodã quoqꝫ tempo
re quingentos simul Selegẽtiũ
equites cum tempestate in posses
siones suas compulsos aluit ⁊ ve
stiuit. Quid multa. Non morta-
lem aliquẽ: sed propitie fortune
benignũ diceres sinuꝫ. Ergo qꝺ
gallias possidebat oium q̃si om-
ne patrimoniũ erat. pro cuius sa K
lute ⁊ incrementis: tã argentina
ciuitas ꝙ ⁊ vicine regiones vo-
tis excubabant. Ex cõtraria par
te: sunt loca archas habentia in-
exorabilibus claustris obseratas H
Nõne prestantiorẽ estimes illaꝫ
impensaꝫ ꝙ hanc custodiã. hec
ille. Ex quibus patet: ꝙ hui⁹ ho-
spitalitas in susceptione hospitũ
fuit cõissima ⁊ prõptissima: i col-
latione necessarioruꝫ affluentissi-
ma: in subministratione vrbanis
sima: in duratione: beneficentissi
ma: hoc eni esse debet in hospi-
talitate precipuum Et hec erant L
in palatio Salomonis.iij. Re.i.
Uidens regina Sabba domum
quã edificauerat Salomon: ⁊ ci I
bos mense ei⁹: ⁊ ordines mistrã
tium: non habebat vltra spirituꝫ.
Similiter hec erant in conuiuio
Assueri. Hester.i. vinũ quoqꝫ: vt
magnificentia regia dignuꝫ erat

abūdans ⁊ precipuū ponebatur: nec erat qui nolentes cogeret ad bibendū. Nec debēt esse vel apparere in palatijs principū: ⁊ cōuiuijs histrionici gestus: vel meretricum cantus: nec ludi inepti: nec clamorosi risus: nec confusi apparatus: sed ciuiles ⁊ honesti gestus. Unde ⁊ in cōuiuio quod exhibuit Dido Enee ⁊ militib⁹ eius: licet essent multa superflua Ut scribit Uirgilius li.ij. Non tñ leguntur fuisse inhonesti cantus
K nec hystrionici gestus. Unde dr Cithara tinicus hiopas. Personat aurata docuit que maximus Athlas. Unde hoīuz genus: ⁊ pecudes: vnde hymber ⁊ ignis ⁊c. Licet eni esset a femina prepatū ⁊ nimis delicatum: ⁊ ad voluptatem tendens: non tñ ibi psonuit cithara vl stulta lasciuia: sed que naturalia erāt: ⁊ ꝯuiuio ciuili decentia. In ꝯuiuio vo Enee apd Euādrū: officio humāitatis exhibito. alia legunt. Ubi dr. Dapes iubet: ⁊ sublata reponi Pocula. gramineo viros locat ipse sedili. Precipuūqꝫ thori: ⁊ villosi pelle
L leonis. Tunc leti iuuenes certati areqꝫ sacerdos. Uiscera costa ferunt taurorū: onerātqꝫ canistris Uescitur Eneas: simul ⁊ troiana iuuentus. Perpeti tergo bouis ⁊ lustralibus escis ⁊c. In ꝯuiuio femine cuncta erāt aurea: In cōuiuio vo Enee sedile gramineuz ⁊ spoliati leonis pellis vilosa. Ibi Nulla quies ab epulis ⁊ delitijs: In isto vo cōuiuio necessaria apposita. Ibi cithara. hic sacerdos ad arā: ibi iocosa: hic seria tractabāt. Unñ summe cauēdū principib⁹ ne lasciuie delitiaruz: ⁊ torpores somniorū: ipsū ⁊ suos eneruent.
Cāpana eni luxuria. iuictū armis M
hanibalē: illecebris suis cōplexa romāo militi vicēdū tradidit sicut dictum est supra.c.iij. huius distinctionis.

¶ Capl'm vndecimū. Qd princeps sit longanimis patiā.

v Tertius princeps debet esse longanimis patiētia ⁊ imperturbatus: qa vt ait Greg.mor.xx. ptāti amica est
impatientia. Quā dz princeps re N
frenare ex consideratiōe naturalis parilitatis sue cū illis quib⁹ p̄est. Qd notat in predicta auctoritate Deut. xvij.q.s. de nūero fratrū debet eligi rex. In quo notat parilitas naturalis eius ⁊ illoruz super quos regnat. Qd considerans Job.xxxi. dicebat. Si contempsi subire iudiciū cum seruo meo: ⁊ sequit. Nonne i vtero fecit me qui ⁊ illum? Et de hac patiētia siue intolerantia iniuriarum: siue in sustinentia impropertiorū siue in remissione eorum vt dcm̄ est in breuiloquio d̄ v̄tutib⁹. Summe eni iracundia cauenda ē p̄ncipibus propter eius pernitiositatem ⁊ turpitudinē. ait Sen.i. de clementia aloquēs principē. Lo

O qui inquit non potes. nisi vt vocē
tuam que vbiq sunt gentes exci
piāt. Irasci nō potes: nisi vt om
nia premantur. Cum igitur prin-
ceps latere non possit: et omniuz
oculi in eū respiciant, vt ait ibi-
dem: prouide debet precauere ira
cundiam: que deformat hominē
exteriorē: et confundit interiorez
ait Sen. ij. de ira di. q nihil eque
profuit iratis q̄ itueri deformita
tē rei. i. ire. Nam in ea facies tur-
P batior: ora pulcherrima fedat: tor
uos vultus ex tranquillitate red-
dit. linquit decor ois iratos. Se-
quit. Qualē putas aium: cui⁹ ext
imago tam feda est? Quanto illi
intra pect⁹ est acrior spūs teribi-
lior vultus: intensior impet⁹ ru-
pturus se nisi eruperit? Quales
Q sunt hostium vel ferarū cede ma
dentium: vel ad cedem euntium
aspectus. Qualia poete inferna-
lia monstra finxere: succinta ser-
pentibus: et igne et flatu etc. Talez
nobis iraz figurem⁹. Ideo vt ait
Sixtus. Iratis pfuit aspicere spe
culum: vt ymago repercussa ostē
dat homini suam deformitatem.
R Cum igitur princeps: gestum de
beat habere honestum ob oiuz
aspectum in ipsum: et habere ani
mum iperturbatū ad iudicandū
in tranquillitate: et operanduz in
equitate: studiose debet irā cauer
et animum in tranquillitate serua
re. Ira enim impedit aium: ne
possit cernere verum. Et ira viri
iustitiam dei non operatur. Ia-
cobi. i. Debet enim pus vincere
irā que est hostis interior. regnū
anime confundens: demū vin-
cere hostes: regum exterius inui
dentes: sicut fuit de Fabio vel Fa S
britio. In cuius laudez ait Sen.
i. de ira. q prius vicit iram q̄ ha
nibalem. Cōsimiliter de alijs prin
cipibus legit: q cum essent potē-
tissimi tamē fuerūt patientissimi: X
qualis fuit Julius Cesar: vt le
gitur li. de vita Cesarum: et in sus
tinentia contumeliarum: remis-
sione iniuriarū: et moderatione
penarum: vbi dr: q cū ei impro
peria dicerentur non iudicauit.
Sicut fuit illud. Gallias Cesar T
subegit. Nicomedes Cesarez et
Nicomedes non triumphat q
subegit Cesarez. Imponebatur
enim ei: q Nicomedes rex Bi-
tinie fuit abusus eo in iuuentute
nephādo. s. flagitio. Et cū multa
conuitia de hoc audiret: semper
dissimulabat. Similiter cum la-
to clauo vsq ad manus fimbria
to vti esset consuetus: et laxi⁹ cin
geret. ait Scilla admonēs opti-
mates: vt puerū male cinctū ca-
uerent. In eodē li. legit: in acie p
clamasse: vt ciuibus parceret qn̄
pugnauit contra pompeiū: et ciui V
bus suorū concessit seruare vnū
quē vellēt ptis aduerse: qn̄. s. eēnt
capti: Nec legunt vlli perisse ab
eo nisi in plio exceptis Affricano
et Lucio. Et nec hos etiaz: de vo

vt Augusti

luntate eius peremptos putant: vt df ibi. Similiter cum esset cupidissimus margaritarũ: & diceret Cecilio: vt aliquid faceret. rñdit. Prius saciaberis margaritis Similiter: cũ quidã diceret: vellem: me ad cenã inuitasset: pfecto nihil reliquiarũ fuisset: nunc me reliquie vestre exercent. Imponebat eni ei: q esset auar⁹ & cupidus: Silr de Cesare Augusto legit prout dicit. Poli. li. iij. c. xviij. q mire patientie fuerit. Cum eim aduersus priuatũ quendam escandesceret: loquere inquit Augustus qd placet: qz diligentiam auribus: & lingue taciturnitatez indixi: quietem aio. Et in oibus his potentiam meã acusa: qz nil aliud argui pot in patientia mea Unde obseruatũ est: q quotiens ingrederet vrbem: ne de quoqz suppliciũ sumeret. Et ibidem df q cum qdam sibi diceret: o tyrãne: respondit. Si essem nõ diceres. Itez Curtius eques Romanus: cum macrũ turduz sumpsisset in conuiuio Cesaris: interrogauit an mittere liceret: respõdit: Quid ni liceat? Ille statim per fenestrã misit Similiter miles per itus aucupii: noctuam que Cesarem inqetabat: spe ingentis premii captam duxit ad cesarẽ. hoc laudato: iubet imperator: mille nummos dari. At ille ausus est dicere. Malo vt viuat: auẽqz dimisit. Abijtqz contumax miles: non sine admiratione multorũ: Cesare ñ offenso. Itẽ August⁹ in pollionez scripserat phesceninos. Cãtica. s. nuptialia. At ego iquit Pollio taceo. Non. n. ẽ leue in eũ scribere q pt pscribere. Sicut aũt non facile concipiebat iram: ita nec facile admittebat ad amicitiã: & quem semel admiserat cõstantissime retinebat. Et eidez intra varia dedecora a quodã probroso obiectum est: q adoptõez auunculi: stupro meruerit: quia cum Julius cesar amasse artius victus est: non sine rubore pstrate amicitie. Ali⁹ quoqz irat⁹ obiecit q solitus esset crura ardenti face suburere quo mollior surgeret pilus. Item eo tyrãnizante ingt plebeius. Uides ne: vt Cinedus orbem digito temperat? Et cum magnus ob corporis breuitatem cõuiciãtis cuiusdaz impetu diceretur: sibi calciamentis grãdiusculis esse vtẽdũ. rñdit. ¶ De Tiberio quoqz legitur: q lz in multis fuerit vitiosus: aduersus tamẽ conuicia patiẽs fuit. di. q in ciuitate linguas esse liberas: & mentes hoium oportebat. ¶ Similr Domitianus patiens fuit v bor. Cui fertur dixisse orator Lucan⁹ Non esse mirum si eneaz haberet barbam: cui os ferreum: cor plumbeum esset: eo q dura dumtaxat loquebat: que ex iniquitatis adipe magis qz corde cõceperat procedebant. ¶ De patiẽtia quo

per monu? ... ad ...

ꝙ mirabili Augusti Cesaris dic Sen̄.iij de ira. Qd cum Timagines historiarum scriptor: quedam in ipm Cesarẽ: quedam in vxorem: quedã in totã domũ dixerat. nec dicta perdiderat: sꝫ circũferebat: et in ore eorũ est . the meraria vrbanitas. Et ideo illuꝫ sepe monuit Cesar: vt lingua moderatius vteret. Perseuerãti vo illi. domũ suam interdixit. Consueuerat tñ ille assumi in contubernio polliõis: q libros: acta Cesaris: continentes. Idẽ Thimargines combussit: et tñ Cesar nec motus est: ꝙ laudibꝰ suis gestisꝗ manus intulerat. Nunꝗ cuꝫ hospite inimici sui questꝰ ẽ. Vñ arguit ibi Sen̄ bene: Dicat: sibi quisꝗ: quotiens ira lacessit. Nũquid in domo mea plus possum ꝗ toto orbe terrarũ diuus Augustus potuit? Ille tñ contentus est a cõuiciatore suo secedere. Quis sum ego: cuiꝰ aures ledi nephas sit? Multi ignouerũt hostibus: ego non ignoscam pigris: negligentibus: garulis? Ubi subdit: q̃ debent mouere hoiem ad ignoscendum. Puerũ inquit etas excuset: feminam sexus. extraneuꝫ libertas: domesticũ familiaritas Sequit. Amicus est. s. qui offendit: fecit quod noluit: inimicꝰ: qđ debuit: prudentiori cedamꝰ: stultiori remittamus. Pro quocunꝗ illud nobis rependamꝰ: sapiẽtissimos etiam viros qñꝗ delinquere. Neminem esse tam circũspectũ: cuius non diligentia sibi ipsi aliqñ decidat: neminem taꝫ maturum: cuius non grauitateꝫ in aliquod fedius scm̄ casus impingat: neminẽ tam timidũ offẽsarum: qui non in illas duꝫ vitat incidat. Nobiles enim viri despiciunt opprobria et cõtumelias? ait ibidem: ponens exemplũ bonum. Proprium est inquit magnitudinis vere: nec quidẽ sentire se percussam. s. iniurijs. Sicut eniꝫ imanis fera et magna: ad latratum canũ lenta respicit. Et sicut hirticus ingẽti scopulo fluctꝰ resultat. Qui eni ñ irascit. icõ cussus iniuria psi stit. Qui vo irascit motꝰ ẽ: Vir eni nobilis audiẽs iprop[er]ia: dꝫ cogitare eoꝝ stulticiã itẽperãtiã: vel ignorãtiaꝫ: Vñ ait ibi. Quare fers egri rabiem: frenetici verba: puerorũ proteruiaꝫ Nempe quia videt nescire quod faciunt sic et de alijs. Sunt enim imprudentes: et in oibus par imprudentia: par patrocinĩu. Ibidẽ narrat Sen̄. de mira patiẽtia Antigoni regis. Cum enim quosdã ex militibus audisset omnia mala imprecantes regi. qui eos in illud iter: et inextricabile lutum deduxisset: accessit ad eos qui maxime laborabant. Et cum ignorãtes a quo adiuuarent: eos explicuisset: nunc inquit maledixistis Antigono: cuius vitio in has miserias incidistis: modo aũt bene

Antigoni p...

optate ei: qui vos ex hac voragie eduxit. Nec aplius dixit eis. Idē etiam antigonus cū obsedisset castrum et multa improperia. sibi e castro dicerent fidutia loci. contemnentes hostē: respōdit. Gaudeo et boni aliquid spero: si in castris meis silentiū habeo. Quos cum fame domuisset: captis sic usus est: ut eos qui militie utiles erant in cohortes ascriberet: ceteros preconi subiceret. Idq; se negauit facturum fuisse. nisi expediret his: dnm habere: qui tā malam hnt linguam. Ibi etiam dr. q Scipio affricanus cuidam arguenti eum: q parū pugnaret: rndit imperatorem me peperit mater mea nō bellatorē. Erat tamē fortūatissimus strenuusq; bellator et victor. Ibidem legit d Teodosio imperatore: et recitat in codice: q ait. Si quis noia nostra crediderit lacessenda: eū pene nolumus subici: qm si ex leuitate procedit contemnendū est. si ab insania: miseratiōne dignū: si ab iniuria: remittendum. Ibidez legitur de vespasiano: q dicenti sibi opprobria rndit. Huiusmodi hominibus risum debemus: nobis aūt correctionē: penaz criminosis. ¶ De patientia phorū dr in policrato: q Aristippus: cuidam maledicenti sibi respondit. Ut tu lingue tue: sic ego aurium mearū dns sum. Ibi etiam dr: q Xenophon de se male dicenti rndit. Tu didicisti mala dicere: et ego: maledicta cōtemnere. Et Diogenes ait. Oportet sapiaz ab insipientibus feriri: et meliorez se indicat lingua mala eū quē carpit. Socratem interrogauit Alcibiades: quare Xantipem vxorez suam iurgiosaz: et que die noctuq; mulieribus scatebat molestijs e domo non abiceret. Cui phus. Cum talem domi perpetior consuesco exerceor: vt ceterorum foris petulantiam et iniuriam facili⁹ feram. Quare aūt patiētia: et ire cōtinentia magis est necessaria pncipib⁹ rationem reddit Sen. eodem lib. di. q cū vtilis sit seruientibus: affectuū suorum et hui⁹ mali rabidi. s. ire ptinētia: vtilior tn̄ ē regib⁹ peūt eni oia: vbi qntū suadet ira: fortuna pmittit. Nec diu potest que nullo malo exercet stare potentia. Et enumerat ibi exēpla de potentibus quos potestas incitauit in tyrannicā iram. Narrat enim de Dario duce persarū q cum indixisset bellū Sciticis rogatus a nobile sene: vt ex trib⁹ filijs vnū in solatium sibi dimitteret: duorum autem opera vteret plusq; rogabatur pollicitus: omnes se illi dixit remissurum: et occisos i pspectu patris abiecit: crudelis futurus si omnes adduxisset. ¶ Simil'r narrat ibi de Xerse: q patri petēti vacationē vni⁹ filiorū: petēti permisit eligere quē vellet. Demū quē elegerat in par

tes distractū sibi dimisit. ¶ Similiter narrat de rege Cambise: q̄ cū vn⁹ ex carissimis nimis de ditū vino moneret: vt partius biberet: turpē esse dicēs i rege ebrietatē quem oīum oculi auresq̄ sequūt̄ rn̄dit rex: vt scias oc'los p⁹ vinū esse in officio: manu approbabo. Deinde bibit liberalius q̄ alias: ⁊ iussit filiū eius stat̄ ex opposito: ⁊ intendens arcū cor adolescentis transfixit. Id enim sepe appetere dixerat. ⁊ respiciēs p̄rē interrogauit si satis certā habert manū. At ille negauit: Apolinē potuisse certius dimittere. O cruentū regē. o dignū in quē oīum suorū arcus verterent. ¶ Simile narrat ibi de Arpallo rege persarum: q̄ cū esset a quodā offensus: filios eius epulandos apposuit: ⁊ subinde quesiuit an placeret conditura. Et vt vidit eū plenū malis suis. filiorū capita afferri fecit: ⁊ quomodo esset acceptū interrogauit: nec defuerunt v̄ba misero. Apud regē inquit oīs cena iocūda. ¶ De Cyro similiter narrat ibi: q̄ cū versus Babiloniam festinaret ad bellū: nec posset trāsire late fusū amnē Gissen ⁊ esset vnus equ⁹ regius ibi submersus: ira cōmotus: iurauit: se amnē illum diuisurum: vt etiam nō solum transiri: sed etiam calcari a feminis posset: quē postea in quadrigētos: ⁊ sexagita riuos diuisit. Hec feritas regibus barbaris fuit mira: quos nulla eruditio nullus litterarum cult⁹ imbuerat ait ibi Señ. Quanta etiā scelera fecerunt p̄ncipes irati narrat ibidē. Sicut de Alexandro: q̄ Titum sibi carissimū: ⁊ vna secū educatū parum sibi adulantē inter epulas manu sua transfodit. Sed ⁊ obiurgantē se ex macedone ac libero in persicam seruitutē transeuntē similiter Lisimacum eque sibi familiarē leoni obiecit Et Talephorū membris truncatum. s. aurib⁹ ⁊ naso: in cauea velut aīal quoddā nouum ⁊ inusitatum diu pauit. Et cum esset dissimillimus homini qui illa patiebat̄ dissimilior erat q̄ faciebat: ait ibi Señ. Ad vincendū igit̄ impatientiam in oībus: vt semper sit cōpos sui: sollicite ⁊ studiose debet p̄nceps laborar̄: vt sit victor non hoīum tm̄: sed etiam viciorꝝ Nam terrena potestas vult esse victrix gentium cū sit captiua viciorum: ait Aug. xv. de ci. c. viij. Licet autem multis alijs modis debeant principes informari tn̄ dictis modis sp̄aliter possunt predicatores euangelici habere occasionē edificatorie conferendi cum p̄ncipibus.

¶ Capl'm. duodecimū. Q̄d p̄nceps sit virtuosus in vita.

Tales aūt esse debeant cōmuiter principes fideles: docet optime Augu. v. de ci. c. xxiiij. dicēs. Neq̄ nos xp̄ianos

xp̄ianos quondam imperatores ideo felices dicimus: quia vl'diu
R tius imperarent: vel imperātes filios morte placida reliquerūt: vel hoſtes reipublice domuerūt vel inimicos ciues ꝯ ſe inſurgentes ⁊ cauere ⁊ opprimere potuerūt. Hec enim et alia huiuſmōi erūnoſe vite vel munera vl' ſolatia quidam etiam cultores demonum accipere meruerūt: qui non pertinent ad regnum dei: q̄ pertinēt iſti. Et hoc de miſericordia ſcilicet factum eſt: ne ab eis
S q in eum crediderint hec tanq̄ ſumma bona deſiderent. Sed felices eos dicimus: ſi iuſta imperant: ſi inter linguas: ſe ſubliminiter honorantium: ⁊ nimis honorabiliter ſalutantium: ⁊ ſibi nimis humiliter obſequentiū: nō extolluntur: ſi ſe homines eē meminerint: ſi poteſtatem ſuam ad dei cultum dilatandū: maieſtati q̄ eius famulari faciūt: ſi deū timēt diligūt ⁊ colūt: ſi plus amāt regnū illud: vbi non timent habere conſortes: ſi tardius vindicant: facile ignoſcūt: ſi eandē vindictam pro neceſſitate regende tuendeq̄ reipublice: non pro ſaturandis inimicitiarū odiis exercent: Si eandem veniam/ nō ad impunitatē iniquitatum: ſed ad ſpem correctionis indulgent ſi quod aſpere cogūt plerūq̄ decernere: miſericordie lenitate: et beneficiorum largitate compenſant. ſi luxuria in eis tanto caſtigatior: q̄nto pōt eſſe liberior. Et ſi hec omnia faciant nō propter fauorem inanis glorie: ſed ꝓpter charitatem felicitatis eterne. Si propter peccata ſua: humilitatis ⁊ miſerationis: ⁊ orationis ſacrificium deo vero immolare non negligunt: Tales xp̄ianos imperatores: dicimus eſſe felices interim ſpe: poſtea re ipſa futuros: cum id quod expectamus aduenerit. hec Augu. Qui ſufficienter ordinabiliter: ⁊ perfectibiliter que neceſſaria ſunt principibus enumerauit. ¶ Item de īformatione dominorū bene in tractatu de. xij. abuſiuis. vbi dicit. Sextus abuſionis gradus eſt dominus ſine virtute. Nihil enim ꝓficit. dominandi habere poteſtatem: ſi dominus ipſe nō habeat virtutis vigorē: Et ſequit. Tria neceſſario eum qui dominat habere oportet ſcilicet timorē: amorem: ⁊ ordinationem. Niſi enī ametur dominus: pariter ⁊ metuatur: eius ordīatio minime ſtare poteſt. per beneficiorū igitur affabilitatem procuret: vt diligatur: per iuſtas vindictas non ꝓprie iīurie ſed legis dei ſtudeat: vt metuatur quoq̄ quia multi pendent in eo: ipſe deo adherere debet: qui eum in ducatum conſtituit: qui ad portanda multorū onera eum velut fortiorē ſolidauit. vbi ponit exemplum: Paxil

T (right margin, beside "negligunt: Tales xp̄ianos impe-")

V (right margin, beside "ametur dominus: pariter ⁊ me-")

Rep dos det ... fr precly alis ferrn ...

sius enim nisi bene fixus firmi' ter alicui fortiori hereat: oē quod in eo pendet cito labitur: ⁊ ipe so lutus a rigore sue firmitatis cuz omnibus ad terram dilabit. Sic ⁊ princeps nisi conditori suo ad/ X hereat pertinaciter: ipse ⁊ omnis qui sibi consentit cito deperit. Et ponit ibi exempla de quibusdam qui per officiū dominandi plus deo propinquarūt. sicut Moy/ ses. Quidam vo. deteriores fue runt, sicut Saul. Et in eodem tra ctatu dicitur: q̄ nonus abusiōis gradus est: rex iniquus. Sequit iustitie regis est: neminem iniu/ ste per potentiaz opprimere. Si ne acceptione personarum inter virum ⁊ proximum recte iudica re. aduenis: pupillis: ⁊ viduis de fensorē esse: cohibere furta: adul teria pūire: iniq̄s n̄ exaltare: im/ y pudicos ⁊ histriones non nutri re: impios de terra perdere: pari cidas ⁊ periuros viuere nō sine re: ecclesias defensare: pauperes alere: iustos super regni nego/ tia constituere: senes sapientes ⁊ sobrios consiliarios habere: ma gorum: ariolorū phitonissarūq̄ superstitionibus non intendere: iracundiam differre: patriam iu/ ste ⁊ fortiter ꝯ aduersarios defen dere: super omnia in deo cōfide re. prosperitatis causa animū nō extollere. cuncta aduersa patien ter tolerare: fidem catholicaz in deum habere: filios impie agere non sinere: certis horis orationi insistere ante horam congruam cibum non sumere. Hec regni psperitatem in presenti faciunt: ⁊ regem ad celestia regna per// ducunt. Qui autem regnuz ſm hanc legem non dispensant: mul tum aduersitatis imperij tolerāt Et sequitur. Quātū valet iustitia regis seculo. Pax inquit est po/ pulorum: tutamentuz patrie: cōi tas plebis: munimentum gentis cura languorum: gladius hosti/ um: gaudium hominū: temperi es aeris: serenitas maris: terre fe cunditas: pauperum hereditas: solatium filiorum: ⁊ sibiipsi spes A future beatitudinis. Et sciat rex: q̄ sicut in throno primus consti tutus est: sic ⁊ in penis si iustitiā non fecerit primatuz habiturus est. potentes enim potenter tor/ menta patientur sap. vi.

¶ De informatione Aristotelis ad Alexandrum.

In epistola vo que dicit i Aristotel' ad Alexādruz multa scribunt que spe/ ctant ad principis informationē B ex quibus hic pauca interserūt. Dn̄are ait Aristoteles ad Ale/ xandrum super eos cum bonita te. Qd si feceris: omnes erūt sub iecti ad tuū bn̄placitū ⁊ preceptū ⁊ ob amorem quem habebūt in te. Dominaberis in eis pacifice cuz triūpho. Sequit. Si vis vir tutem acquirere largitatē: Consi

dera posse tuum: ⁊ tempera ne-
cessitates ⁊ merita. Debes enim
largiri bona cū mensura homi-
C nibus indigentibꝰ ⁊ dignis. Qui
enim dat aliter: peccat ⁊ transgre
ditur legem largitatis: quia qui
largitur dona sua non indigenti
bus: nullam acquirit laudem: et
quicquid datur indignis: perdit.
Qui vō vltra modum fundit di
uitias suas: cito venit ad amara
littora paupertatis: ⁊ similatur il
li qui supra se suis dat victoriam
inimicis. Qui autem: de bonis
suis tempore necessitatis dederit
indigenti: talis rex est largus si-
bi ⁊ subditis: ⁊ eius regnum pro
sperabitur: ⁊ mandatum eiꝰ ob-
seruabitur. Talem regem lauda
D uerunt antiqui: talis dicitur vtuo
sus: largus: moderatus: Qui vō
fundit inordinate bona sua indi
gnis: ⁊ non indigentibus: talis ē
depopulator reipublice: regni de
structor: incōueniens regimini.
vnde prodigus appellatur: eoqꝫ
ꝓcul est a regni sui prouidentia.
Nomen vō auaritie multum de
decet regem: ⁊ disconuenit regie
maiestati. Sequitur. Inueni scri
ptum in preceptis magni docto
ris Hermogenis: qꝫ sūma ⁊ ve-
ra bonitas: claritas intellectus: ⁊
plenitudo legis: ac signum pfe-
ctionis est: abstinentia a pecunia
⁊ possessionibus subditoꝝ. Seq
E tur ibi. O Alexander: declina co
natus bestialium voluptatū: qꝛ
corruptibiles sunt. Conatus enīꝫ
voluptatis generat carnalē amo
rem. Amor carnalis auaritiam.
Auaritia desiderium diuitiarum
Illud inuerecundiam: hoc pre-
sūptionem. Illa infidelitatē: ista
latrocinium: illud vituperationē
ex qua nascitur captiuitas: q̄ ducit
ad detrimentum legis ⁊ destru-
ctionem familiaritatis: ⁊ ad rui-
nam totius corporis. Dico illud F
quod sapientes phi dicūt: quod
videlicet in primis decet regiam
maiestatem obtemperare se lega
libus institutis non in ficta ap-
parentia: sed facti euidētia: vt co
gnoscant omnes. Sequit. Decet
regeꝫ legiferos honorare: religio
sos venerari: sapientes sublima-
re: ⁊ cum his conferre. Et postea G
sequit. Oportet regē futura cogi-
tare. ⁊ futuris casibus prudenter
occurrere. Sequitur. Multum
cōuenit regie maiestati: honorifi
ce indui: cum pulchro apparatu
apparere. Itē honorificū est: re-
gem a multiloquio abstinere. ait H
enim Policratus li. v. Qui abū
dant: sui copiositate vilescunt. Et
cū in multiloquio peccatū nō de
sit: pauca prudenter loquentꝭ ser
mo est preciosus. vñ Socrates
querenti quō qs famā optimam
compararet: si gesserit inquit optia
⁊ locutus fuerit pauca. Et sequit
Aristoteles inter cetera di. Noli
frequētare ꝯsortia viliū psonaꝝ:
quia nimia familiaritas parit cō

temptum. ¶ Jndi statuerunt: q
rex tm̄ semel in anno appareat
cum regali apparatu: ⁊ nobiles
stare circa eum: vulgus vero a re
motis: ⁊ illa die dōa elargiri. reos
e carceribus mācipare: ⁊ pia opa
exercere. Et tūc vnus sapientior
K de principib⁹ consueuit cōciona
ri ad regem: referens grates deo
q: regnum indorum ita bene ordi-
nauit: ⁊ de tam sapienti rege pa-
triam decorauit. Et post conuer
tit se ad populū: bonos mores
regis enūerās captādo beniuolē
tiā ⁊ inducēs eos ad humilitatē
reuerentiam: beniuolentiā: ⁊ di
lectionem regis. Quo facto po-
pulus studet regias laudes extol
lere: pro regia vita deum exora-
re. pueros ab infantia inducūt in
regis amorē: honorē: obediētiā
⁊ timorē. Cōsueuit tūc sceleratos
punire: vt ceteri corrigant: tribu
ta alleuiare: cū mercatorib⁹ dispē
sare: eisq; partem remittere. Jō
illic cōcurrūt: ⁊ inde tributa re-
galia ⁊ redditus augmētant. Se
L quitur. O Alexander: noli appe
tere transitoriū: ⁊ qd cito oportet te
relinquere: sed pete diuitias icor
ruptibiles. Noli esse crudelis:
⁊ inflexibilis ad parcendū eis de
qb⁹ victoriā hūisti. Cogita de
futuris casibus. Noli imitari de-
sideria tua in comestione: potu:
coytu: ⁊ diuturno somno. Coyt⁹
enim ē ꝓprietas porcorum. A quo
M si cessaueris tibi grandis erit glo
ria. Non exerceas vitiū irratio-
nabiliū bestiarum: ⁊ actus brutorū
Crede mihi idubitanter: q: coy
tus est destructio corporis: abbre-
uiatio vite: corruptio virtutū: legis
transgressio mores generās femi
neos. Decet impatoriā maiestatē N
paucos habere fideles: cū quib⁹
delectet cū variis instrumentis
organorum: cū fuerit tediosus. Aia
n. humana: ī talib⁹ nāt delectat
sensus requiescūt: corp⁹ vigorat
sollicitudo ⁊ curiositas tumescūt
⁊ hoc fiat tribus vel quattuor vi
cibus: ⁊ hō estius ē: q fiat priua
tim: ⁊ tūc abstine te a vino: ⁊ po
teris multa secreta percipe. De-
bes habere de tua familia specia
les: qui refferāt tibi que fiūt: ⁊ q̄
dicūt per regnū tuū: honora sa-
pientes. Nullus sit de nobilibus
tuis: q tuam non sentiat largita-
tem: pateat omnibus clementia
maiestatis tue: ⁊ nobilitas tui ani-
mi liberalis. Decet regē habere
ꝯtinētiā: discretionē: ⁊ a risu mul
tū abstinere: q: risus tollit reuerē O
tiā: ⁊ generat senectutē. Ille rex
est laudabilis q assimilat vni sub
iectorum. Si quis in ei⁹ p̄ntia iniu-
riam faciat: considerandū q̄ aio
fiat: an ludendo vt placeat: ⁊ ad
gaudiū ꝓuocet: an in contēptū.
Primo mō leuiter corripiat. Se-
cūdo mō grauiter. Obedientia
dominantis in quattuor attendit P
in religiositate: Dilectiōe. Curio
sitate: ⁊ Reuerentia. Rex in re-

gno est sicut pluuia in terra: que
est celi bñdictio: terre vita: viuen
tium iuuamen. Et post. Tẽpore
necessitatis sucurre ciuib⁹. Tunc
debes aperire celaria tua: vt v i/
uant vniuersi prouidentia tua.
Caue offendere sanguinẽ hũa/
num: q2 hoc soli deo ꝯuenit. Ait
Q enim Hermogenes. Qñ creatu
ra interficit creaturã sibi similez:
virtutes celoꝝ clamãt ad diuinã
maiestatem dicẽtes: dñe: seruus
tu⁹ vult eẽ tibi silis. Annales pa/
trũ discute: ide eniz poteris mul/
ta bona extrahere. Facta ꝑterita
dant certũ documẽtũ in futuris.
R Caue ne infringas fidem dataz.
quia hoc conuenit infidelib⁹: iu/
uenib⁹: ⁊ meretricib⁹. Rex nisi
multũ rogatus iurare non debz
Studia in ciuitatibus statue: ⁊ ꝑ
cipe hominib⁹ tuis: vt doceãt fi/
lios scientias litteraꝝ. Et tuã de/
cet ꝓuidentiaz: eis in necessarijs
ꝓuidere. Regnum grecoꝝ subli
mauit diligẽtia studẽtiũ: ꝓbitas/
q3 sapiẽtũ. Nũq3 ꝯfidas in ope/
ribus ⁊ seruitijs mulieꝝ. Reco/
le factũ regine indoꝝ: qñ mãda
uit tibi causa amicitie multa exe
S nia ⁊ dõa venusta. Inter q̃ mis/
sa fuit illa venustissima puella: q̃
ab infantia imbuta ⁊ nutrita fue
rat veneno serpentino: ita q̄ nã
sua versa fuerat in naturam ser/
T pentis. Et nisi ego diligenter: in/
spexissez in illã: ⁊ arte magica in
dagassez: eo q̄ ipsa audacter. ho
ribiliter incessanter: ⁊ inuerecũ.
de figebat visum in faciẽ homi
nũ perpendi siquidem: q̄ inter/
ficeret homies solo morsu: Qđ
tu experimento ꝓbasti. Et nisi hoc
tibi certissime oñdissez: mors tua
fuisset ardore ipsius cõt⁹ subse/
cuta. Ex ꝑmissis igitur ꝑdicator
diuinus habere põt occasionem
instruẽdi principes: ⁊ vtiliter cõ
ferendi cũ eis: maxie tꝑe pacis.
¶ Caplm. xiij. Qđ ꝑnceps non
faciat iniusta bella.

Et quia tꝑs ẽ belli ⁊ tꝑs
e pacis: Eccle. iij. ꝑncipes
sunt instruendi tempore
belli. In primis notãdũ: q̄ belli
illati a principe vl' assũpti: dz esse
iusta necessitas: ⁊ debet eẽ eiusdẽ
iustitie equitas: ⁊ in exercendo:
intentionis ordinabilitas. Quia
V ꝓut habet. xxiiij. q. i. bella possũt
suisteri ꝭm euangeliũ: vt occasio
iniquitatis eripiatur: ⁊ ꝓpter pa
cis necessitatem. In bello enim
iuste reprehendit nocẽdi cupidi/
tas: vlciscendi seueritas: impatiẽ
tis ⁊ implacabilis animi feritas:
crudelitas debellandi: libido do
minandi: ⁊ si qua similia que in
X bellis reprehendũt, ꝓut ait Aug.
xxij. ꝯ faustũ: ⁊ similiter dicta. q.
in qua dr. q̄ bella non sunt pec/
cata si fiant pp malorũ cohibitio
nem: bonorũ sublimationem: ⁊
propter reuerentiam reipublice
exhibendam vel obedientiaz. Et
ibi satis de iustis bellis: de quib⁹

Augu.vbi.s.di. Qd̄ auctoritas
belli est penes pncipē: ministeri
um exequendi penes milites. Et
post bellū qd̄ gerēdū: deo aucto
re suscipitur. recte suscipi: dubita
y re fas non est. scilicet ad terrēdā
vel retūdendaz: vel subiugandā
mortaliū superbiā. Et Idē Aug.
epla.v. Misericorditer si fieri pos
set: etiam bella gererent a bonis.
vt licentiosis cupiditatib⁹ domi
tis hec vitia perderent: q̄ iusto
iperio vel extirpari: vel deprimi
debuerūt. Et de bello iusto.iiij.d
ci.c.xv.z.xxij.c.v. Bellū tamen
nūq̄ deb3 fieri: nisi vrgente ne
Z cessitate: put habetur dicta causa
q.viij. Si nulla vrget zc.
¶ Caplm.xiiij. Qd̄ princeps in
bellis caueat a dei offensa.

Ecūdo princeps est ad
s monendus: vt sit in eo
cura: omnia que deum
offendūt: z ei⁹ eccliam cauendi:
z ea que deo placēt: z ecclie pro
sunt sectādi diligens studiositas.
Debēt enim principes z sui sum
me puidere: vt habeāt deū secū
A Qd̄ est: cū eius mandatis obedi
unt: z ea adiplēt: put ait Achior
alloquēs Holofernē. Judith.x.
vbi cū recitauit bnficia dei exhi
bita populo suo cōcludit. Nunc
ergo dn̄e pquire: si est aliqua ini
qtas eoz i ɔspectu dei sui. z ascē
damus ad illos: quoniaz tradēs
tradet illos tibi de⁹. Si āt nulla
ē offēsio ppli hui⁹ coraz deo suo
non poterim⁹ resistere illis: qm̄
deus illoz defendet eos. Nume
ri.xiiij. Nolite timere: dn̄s nobis
cū est. Et Leui.xxvi. Si in prece
ptis meis ambulaueritis. Seqt.
psequemini inimicos vros z cor
ruent coraz vobis. e5 Josue.vij.
dr: q̄ furto vnius.s. Achor. mul B
ti occisi sunt de populo. Qui vult
ergo victoriā habere in bello: ha
beat deuz secū. exemplo Abrae.
Moysi: Dauid: z alioz pncipū
iustoz.
¶ Caplm.xv. Qd̄ pnceps in ex
pugnando sit cautus sagatia.

Tem princeps debet p
i uidere: vt sit in suis mili
tibus: regiminis ordina
bilitas: et expugnādi artificialis
sagacitas. Debet enim scire artē
rei militaris: quam artē dicūtur C
Lacedemonij tradidisse. Unde
Hanibal. Italiā petiturus: lace
demoniū q̄siuit ductorē: put ait
Poli.li.vi.c.vi. vn̄ ait Trogus
pompeius li.xi. de Alexādro. q̄
cū ad piculosū bellū exercitū le
geret. nō iuuenes robustos: nec
pmū florē etatis: sed veteranos
milites: plerosq̄ etiam emeritos
militie: qui cū pre patruoq̄ mili
tauerāt elegit: vt nō tam milites
q̄ magros militie putares. Or
dines quoq̄ nemo nisi sexagena
rius duxit. vt si principia castroz
cerneres: senatū alicui⁹ reipubli D
ce videre te crederes. Itaq̄ ne
mo in prelio fugam: sed victoriā

cogitauit. Necq̃ eis in pedib⁹ qc q̃ spei: sed in lacertis fuit. Cõtrio fuit d̃ Dario ⁊ suis ⁊ iõ illi victo
E res: ⁊ hi victi. Qui eim secũdos optat euentus: dimicet arte non casu: ait Poli. vbi. s̃. Quã artez noscunt experti in militia: vt' di- ctũ est.

Ca. Capl'z. xvi. Qd̃ priceps suos cohercea disciplina.

i Tez puidere dz p̃nceps vt in se. ⁊ suis militib⁹ sit debita ⁊recta disciplina- bilitas. cohercẽdo. s. carnis lasci uias: cõmessatiões: voluptates: ĩpudicitias: cupiditates: rapinas
F dissensiões: discordias: p̃sũptio- nes. inobediẽtias. De facili eniz vincit exercit⁹ quãtuscũq̃: vbi ñ viget debita disciplia: ait Poli. li. vi. c. xij. di. q̃ Romãis adeo p̃
G fuit disciplia: vt orbẽ terr̃: sue sub icerẽt ditioni. Alexander Mace do: exiguam manũ militarẽ su- scepit a patre sed doctam. Qua assuefacta militie: orbẽ terraruz aggressus: innumeras hostium strages fudit. Xerses a trecentis Lacedemõior̃ ad Tremopilas verat⁹: cũ eos manu infinita: ple risq̃ suis amissis vix cõfugisset: in eo se deceptũ dicebat: q̃ mul- tos qdẽ hoies haberet: raros ãt disciplia tenaces. Et sil'r vict⁹ fuit
H turpiter apd̃ Salaminã: vbi vix vna naui euasit. Fert tñ: q̃ duces ei⁹ ñ ↄsueuerũt. p̃ mltitudie exer citus nũerari: aliter q̃ singlis telis receptis a singlis: vt ex nũero te lorũ: ducũ nũerus hẽret. Frustra eim p̃nceps spat victoriã: nisi vi- geat apd̃ se ⁊ suos disciplia cohi- bẽdi p̃dicta. vñ narrat Uale. lib. ij. c. ij. Qd̃ Corneli⁹ Scipio Cõ- sul: missus i hispaniã: eo momẽ to q̊ castra intrauit: edixit: vt oĩa q̃ voluptatis causa cõpata erant auferrent ⁊ submouerẽt. Cõstat q̃ tũc maximũ institorũ ⁊ laxa- rũ numer̃ cũ duob⁹ milib⁹ scor- tor̃ inde abijsse. Et sic exercitus q ante metu mortis deformi se se deris ictu maculauerat: erecta ⁊ ⁊ recreata virtute: aciem illam ⁊ animosam Numãtiã incendijs exustam: ruinisq̃ p̃stratam solo equauit. Et de hoc infra: vbi de disciplina militari. I

K

Ca. Caplm. xvij. Qd̃ p̃nceps la- boret vt sit in suis fidelitas vera

i Tem princeps dz puide re: q̃ sit in suis vera fide litas: ⁊ sui ab illis amabi litas. vt eniz ait Juli⁹ Cesar. Qui non laborat: vt militib⁹ sit carus militem nescit amare: put dicit i. de vita Cesarũ parte prima. q̃ militẽ nec moribus nec fortuna probabat: sed tantum virib⁹ tra- ctabatq̃ pari seueritate atq̃ in- dulgentia non vbiq̃ ⁊ semp: sed cuz hostis in proxio esset: ⁊ coer cebat tunc maxime exactor gra- uissimus discipline d̃licta. Necq̃ obseruabat omnia: sed seditioso rum fuit punitor acerrim⁹. Mi L M

lites suos cõmilitones vocabat:
diligebatq3: adeo vt audita cla/
de Ticuriana: barbam capillũq3
submiserit: nec añ depresserit q̃3
iudicauerit. Quibus reb⁹ ꝛ deuo
tissimos sibi ꝛ fortissimos milites
reddidit. his mõis attrahit prin
ceps corda suoꝝ potiusq̃3 pecu/
nia vel munerib⁹: put ait Tuli⁹
N recitans dictum Philippi ad
Alexandrũ in quadã eplã. Pre
clare inquit Alexandrum filium
Philippus accusat: q largitiõe
beniuolentiã ꝯsequat. Quod te
malũ iquit vrõ in istam vanam
spem induxit: vt eos fideles tibi
fore putes quos pecunia corru/
O pisses: An id agis: vt macedões
non tam regẽ suũ q̃3 ministrum
ꝛ prebitorẽ putẽt? Nõq3 sordidũ
est regi: melius corruptelã q̃3 lar
gitionem dixit esse. Fit eni3 dete/
rior qui accipit: atq3 ad idẽ semp
expectãdũ paratior. hec ille filio.
Sed preceptũ putem⁹ oib⁹. Idẽ
Vale. lib. vij. c. ij. superaddẽs: q
auus ei⁹ Philippus: maiori ex
pte mercator gratie: magis q̃3
victor fuit. Sed q2 hoies sunt cu
P piditate insatiabiles: mutabiles
ꝛ instabiles.: oportet principem
multa dare: ait Señ. iiij. de bñfi.
c. xxiiij. loquens de Philippo p
dicto: qui cuidam militi dederat
alterius prediũ. Reges ingt do/
Q nant in bello opertis oculis. Nõ
sufficit homo vn⁹ tot armatis cu
piditatibus. Non potest quis co
de3 tempore: ꝛ bonum virum:
ꝛ bonum duce3 agere. Quomo
do tot milia hominu3 insatiabi/
lia saturabuntur? Quid habebũt
si suum quisq3 habuerit: Quasi
dicat princeps vel dominus qua
si cogitur ob armatas cupidita/
tes suorum ad auferendum qui/
busdam: ꝛ dandum aliis. Nec
negat Philippus in dicta epi// R
stola: quin oporteat principẽ lar/
gum esse: ꝛ multa dare: sed insi/
nuat: q non sunt multum fide/
les: qui sola quasi pecunia con/
ducũtur: ꝛ mercantur. Magis
eni condescensiua benignitate: ꝛ
sociali affabilitate attrahit prin/
ceps suos ad amore3 q̃3 pecũia.
vñ narrat Valerius libro. viij. c.
viij. q Themistodes oiu3 ciui S
um suoru3 noia: memoria com
prehendit. ꝛ Titus oia suoru3
noia sciuit. Et Methridates du/
cẽtarum ꝛ viginti gentium que
sub eius regno erant linguas di/
dicit. Ille scilic3 Tit⁹: vt sine mo
nitore exercitum salutaret: Hic
vt eos quibus imperabat sine in
terprete alloqui posset. Ide3 So
linius libro. ij. superaddens: q h
fecit: sicut imperatores faciunt: vt
suos attrahant. ad suum amorẽ.

¶ Caplm. xviij. Quõ priceps po
nat in deo spem de habenda vi/
ctoria:

T q2 victoria: de celo est T
s. a rege regum. Nõ eni
in multitudine exercitus

victoria belli: sed de celo fortitu/
do est. i. Mach. iij. Ideo pricipis
debet esse vera fides: firma spes
et pia supplicatio ad deum: vt ipse
sit dux belli: et ꝓtector sui ac suo
rum: exẽplo Moysi. exodi. xvij.
Qui cum leuabat manus vince
bat israel. Ideo Deu. xx. Si exie
ris ad bellum contra hostes etc.
Nõ timebis eos: qa dñs tuus te
cum est. Sequit. Appropinquan
te bello stabit sacerdos ante aciẽ
et sic loquet. Nolite metuere: qa
dñs in medio nostruz ẽ. sicut fec
V Theodosius prout legit in hysto
ria romanorum. Ubi dr. ꝙ cum
Eugenius et Arbogastes cum in
structa acie alpium transitũ tene
rent. Teodosius expers cibi et sõ
ni orationi incũbens: totam no/
ctem peruigil exegit. Cum tamẽ
se esse destitutũ a suis sciret: et ab
hostibus circuz sceptũ nesciret:
fiducialiter arma corripiens: si/
gnũq3 crucis: se prelio dedit: ac se
in bellum. etiã si nemo sequeret:
X victor futurus imisit. Nam con/
sultus Joannes Anachorita eũ
victurum spoponderat. Uñ seq/
tur ibi Qd cũ ad cõgressionem
ventum esset: veniẽs turbo. a ꝑ/
te Teodosij in ora hostium ruit:
qui et ab eius parte: ualenter spi
cula missa hostibus infigeret: et
hostili ẽt manu missa: ad mitten
tes reflecteret: vt dictuz est. Et sic
hostili exercitu prostrato: Euge/
nio capto et interfecto. Arboga/
stes: manu sua propria percussus
est: Ex quo patz q̃ztũ valet in bel
lo iustitia principis: et oratiõis in
stantia. Unde sequit ibi. Qd post
mortem Theodosij: filijs eius re/
gnantibus Archadio: et honorio
Gildo comes Aphrice: arbitra/
tus in paruulis minimã spem fore
Aphricã proprio iure vsurpat ce
pit. Cuius frater Mazeel: illius
perfidiam perhorrescens redijt.
in Italiam. Qui missus ad illuz
hostem bello insequendũ: iã sci/
ens a Theodosio q̃ztũ in rebus
desperatissimis oro hoiuz per fidẽ
christi: dei clementiã impetraret
Caprariã insulã adijt inde secum
sãctos viros adducens: cũ qbus
oronibus et ieiunijs: dies aliquot
cõtinuauit: et noctes. Añ triduũ
uo q̃z hosti cõtiguus fieret: cernit
noctu beatum Ambro. Paulo
añ defunctum: quõ et qñ victori
am caperet: diem sibi indican/
tem et locum. At tertio demũ die:
oronibus hymnisq3 peruigil: cũ
centũ quinq3 solis militibus. cõ
tra octuaginta milia hostium ꝑ/
gens: eos dei nutu sine bello in di
tionẽ accepit. Guildo comes fu/
gam arripuit et post aliquot dies
stragulatus interijt. Mirifica er
go dina bõitas: et magnifica ora
tionis vtilitas: Et in his pi̾ceps
honorare dz ecclesiam dei: et eius
ministros. ac prohibere suis: ne
presumant: ecclias inhonorare.
Unde narrat ibidẽ. Qd predictus

Z Mazeel rerū secūdaꝝ insolētia tumens: ecclīam dei temeraꝛ au sus est: atq₃ ex ea quosdā non du bitauit extrahere. Sed pena secu ta sacrilegiū: ipse post aliquantu lū temporis est punitus. Simil'r narraꝛ consequēter ibidem. Qđ cū Atila ecclesiā₃ deuastaret. vir sanctus Leo papa ad eum acces sit: ⁊ oia que optauerat obtinens nō tm̄ rome sed ⁊ tocius italie vi ctoriā reportauit. Territus nanq₃ Atila dei nutu fuerat: nec xpi sa cerdoti aliud repēdere valuit ni si qđ ille peroptabat. Ferꝛ quoq₃ post discessum pontificis inter rogatū esse Atilam a suis. cur vl

A tra solitū morē: tantam reueren tiā Romano pontifici exibuerit: qm̄ pene ad oia que ille imperaꝛ set: obtemperari ipe iussiss₃: Tūc regem respondisse: nō se pape ꝑ sonā reueritū eē. sed aliū se virū iuxꝛ eum in habitu sacerdotali vi disse: forma venustiore₃: canitie venerabilem. euaginato quoq₃ si bi gladio terribil'r mortē minātē: nisi oia que ille expetiss₃ impleret. Cum enim princeps sit dei mini ster suscipiens gladiu₃ ab ecclīa vt dictum est supra. iustu₃ est: ip₃ ecclīam honorare: ministros ei⁹ defendere: et eorum iniurias ꝓ pulsare.

Capl'm. xix. Qđ princeps co herceat sensus suos ab omni cō cupiscentia.

Ipso qualiter princeps de bet regere alios: ne falso portet nomen principis vel regis: sollicite studeꝛ o₃ ad re gendum se ⁊ familiam passionū interiorum ⁊ ad principandū cō concupiscentijs que militant ad uersus animam. vt enim ait. Isi

B dorus. ix. Ethi. c. iij. Rex dꝛ a re gendo. Recte faciendo. nomē re gis teneꝛ: peccando amittiꝛ. Rex eris: si recta facis: aliter non eris. Ille vero vere est princeps ⁊ rea liter: qui suis ꝑncipaꝛ mentalib⁹ appetitibus ⁊ desiderijs carnali bus: ⁊ ille rex ē q eos regit. Job. xij. Effundit despectionem super principes. Ubi Greg. mor. xi. ꝑn cipes inquit dn̄r qui principātur

C cogitationibus. Et super illđ ibi dem. Balteum regum dissoluit: Greg. ait. Qui membrorū suoꝝ motus bene regere sciunt: meri to reges dn̄r. Et super illud Job xxxvj. Reges in solio collocat in perpetuum. Greg. mor. xxvj. ait. Reges. s. q a prelati motibus car nis: modo appetitū luxurie fre nant: modo estū auaritie tempe rant: modo gloriam elationis in clināt: modo liuorū suggestiōes obruunt: modo ignē furoris extī guunt. Reges. q₂ temptationem motibus: non consentiendo: suc cumbere: sed regendo preesse no nerunt. hec Greg. Quia igiꝛ ta les realiter: ⁊ virtualiter reges sūt Jō. Horatius in carmine lyrico

ad reprimendā dn̄andi libidinez ita canit: prout recitat Aug. v. de ci. c. xiij. Latius regnes: auiduz
D dominādo spm̄: q̄ si libiā remotis Gadibus iungas: et vterq̄ polus seruiat vni. Et d̄ hoc Claudianus egregie alloquens
B Theodosium ait. Tu licet extremos late dominere p indos. Te medus: te mollis arabs: te seres adorēt. Si metuis: si p̄ua cupis si duceris ira. Seruitij patiere iugum: tolerabis iniquas. Interi⁹ leges: tunc omnia iure tenebis. Cum poteris rex esse tui: procliuior vsus. In peiora dat: suadetq̄ licentia luxum. Illecebris effrena fauet. tūc vinces sed cōprime motus. Asperius: cū prompta venus: cū durius ire.
C Consulitur cū pena patet. sed cōprime motus. Nec tibi quid liceat. sed qd fecisse decebit. Occurret mētem domet respectus honesti. h̄
E ille. Unde et valentius imperator octogenarius: et adhuc v̄go: die fati sui: precōla triumphor̄ suorum recolens q̄bus felicissimus fuerat: ait se tm̄ vna victoria gloriari. Et requisit⁹: qua: respōdit. Quia iīmicor̄ neq̄ssimā domui carnē meam. Amice: hic imperator inglorius magrasset a seculo: nisi ei restitisset: cum qua tu familiarem assensuz pepegisti. ait Ualerius in paruo tractatu. Illi ergo sunt reges et principes: qui sic se
F ipsos et sua oīa regunt. Job. xxix. Cum regibus et consulibus terre Ubi Greg. Reges: q̄ sua corpora bene regere sciunt. qui desideriorū motus in se temperāt: subiectas cogitationes lege virtutis regulant. Reges: q̄a sibiipsis president: et se reges sciunt. Jō beata terra: cuius rex nobilis ē: et vhe terre: cuius rex puer est. Ecc. xi. Un̄ bene dicit Sen̄. epistola. lxix q̄ multi vt hostem vincerēt: victi sunt cupiditate. Nemo cupiditatibus resistit: nemo ambitiōi G
nemo crudelitati. Et cum agere videant: ab eis agitant. Et epistola. cxv. loquens de Alex. ait. Uictor tot regum: tot gentium: tot populor̄ū: ire tristitieq̄ succumbens. Id enim egerat: vt omnia potius in potestate haberet q̄ se. O q̄ magnis homines tenētur erroribus. Felicissimos se iudicāt ignarri: q̄ imperari sibi magnū est imperium. Et ideo idez ep̄la xxviij. Si vis inquit oīa tibi subicere: te subice rōni. Multos reges: si te rō regat. Ab ipsa disces: quid et quemadmodū aget debeas. Et quia nō semper sic facit homo: ideo nō semper est verus rex ait idē epistola. cxvi. Animus noster modo est rex: mō tyrānus. Rex est: cum honesta intuet: salutē cōmissi corporis curat H
et nihil illi īperat turpe: nihil sordidum. Ubi v̄o corpus est ipotens: et delicatuz transit in nomē detestabile; et fit tyrannus. Pa-

rum igitur valet principari genti
tibus exterius: dominari puitijs
easq; humanis regere legibꝰ: ni
ſi princeps eas regens regat lege
rationis ⁊ diuine equitatis. Ma-
lus eni ſi regat ſeruus eſt tot do-
minorũ quot vitiorũ: Ait Augu.
I iiij. de ci. c. iij. Econtra: melior eſt
q dñatur aio ſuo expugnatorẽ vr
bium. puer. xvj. Ille eni vincit ⁊
expugnat exteriora: hic regit ⁊ or
dinat ſua interiora ſm q expõit
Gre. ij. paſtora. c. xij. De tali ſcẽ
dr̃ puer. xx. Rex q ſedet iſolio iu
dicij ituitu ſuo diſſipat oẽ malũ.
¶ Capſm. xx. Qd̃ pnceps caue
at a tyrãnide: ⁊ iniuſtitia.

Ex predictis pz. qualr̃ dif
fert pnceps: ſiue rex a ty
rãno. Quia princeps dr̃
q eſt legiptime inſtitutꝰ: ⁊ iure di
uino ⁊ humano principatẽ: qui ẽ
virtutibꝰ preditꝰ: ⁊ ſeipſum regit
vt dictum eſt. Tyrãnus vo con-
K trarijs modis ſe hẽt. Iob. x. Nu
merus annorũ tyrãnidis eius in
certus eſt: vbi mor. xij. ait Greg.
Tyrãnus eſt: qui in cõi republica
non iure principatẽ. Et Poli. lib.
iiij. c. i. Drĩa inquit ẽ tyrãni ⁊ pn-
cipis: qr hic legi obtẽperat: ⁊ eiꝰ
arbitrio regit pplm: cuius ſe cre-
dit miniſtrum. Tyrãnus vo con
trarijs modis ſe hẽt. Et in litteris
ſecularibus cautum eſt: q nõ eſt
pctm̃: tyrãnum occidere: ſz equũ
L ⁊ iuſtũ: ait idẽ li. iij. in. fi. ſubdens
rationem qui a deo recepit ptãtez
legibꝰ ſeruit: ⁊ iuſtitie: et iuris fa
mulus eſt. Qui vo eã vſurpat iu
ra deprimit: ⁊ volũtati ſue iura ſb
mittit. In eũ igitẽ merito armantẽ
iura qui legeſ exarmat. Jdõ Tul.
iij. de offi. c. vij. Nulla inquit no-
bis ſocietas cum tyrãnis: ſz po-
tius ſumma diſtinctio. Neq; .n.
cõtra naturã eſt: ſpoliare eum ſi
potes: quem etiam honeſtuz eſt
necare: atq; hoc genus peſtiferꝝ
⁊ impiũ: ex hominuz ſocietate ex
terminandũ eſt. vt eni membra
quedã amputantẽ: ſi ſanguie ⁊ ſpi
ritu carere ceperint: ⁊ ceteris mẽ
bris nocent: ſic ⁊ iſta tanq; infir-
ma hois feritas ⁊ imanitaſ belue
a cõmuni humanitate corporis
ſeggregãda eſt. Vñ ⁊ omnis pn
ceps: licet ſit legiptime inſtitutus M
debet tamẽ cauere ab operibꝰ ty
rãnicis: Que ſunt. Iniuſtis legi
bus populũ opprimere. Indebitẽ
tributẽ ⁊ tallijs aggrauare. rebus
pprijs ſpoliare: idebitẽ opibꝰ an
gariare. Ab iuadẽtibꝰ hoſtibꝰ nõ
defendere: prepoſitos ⁊ balliuos
iniuſtos ad eccoriandũ populuz
preficere. Et ſic de alijs. At enim
ait Aug. ij. de ci. c. xx. rex cum eſt
iniuſtus: tyrannus eſt. Et phus.
ethi. viij. ponens drĩam inter re-
gem. ⁊ tyrannum ait. Tyrannus
eſt q qd̃ ſibi conferens eſt inten N
dit: rex: qui qd̃ eſt vtile ſubditoꝝ.
Rex eſt qui per ſe ſufficiẽs eſt: ⁊
omnibus bonis ſuperexcellens.
⁊ talis nullo indiget. vtilia nõ ſi

bi sed subditis intendit: ait ibidē Unde de principantibus mō tyrānico. puer.vij.dr Leo rugiēs vt vrsus esuriens princeps impius super populum pauperē Dux indigens prudentia multos opprimit per calumniā. De talibus cōqueritur dn̄s Ysai.xix.principes tui infideles:socij furū. Et d̄ his Seneca.iij. de naturalibus.q.c.i. Potius inquit est deorum opera celebrare: q̄ꝫ philippi:aut Alexandri latrocinia: ⁊ hanibalis ⁊ aliorum. Et sequit.q̄ est precipuum in rebus humanis:non classibus maria complesse:nec in rubri maris littore signa posuisse: nec defficiente terra:ad aliorum iniurias errasse:in occeano ignota querere:sed animo vidisse: q̄ nulla maior victoria:q̄ꝫ vitia domuisse.innumerabiles sunt q̄ populos in ptāte habuerunt:paucissimi qui se. Hec ille. Sꝫ pnceps nobilis ⁊ iustus cauet a predictis cogitās: q̄ est pater patrie vt habitum est supra.vt eni dicit ph̄s. Ethi.xviij. Similis est comparatio regis ad subditos.patris ad filios:pastoris ad oues. Paterno eni modo: pie debet regere pplꝫ vt dictum est.s̄. Que sit aūt merces tp̄alis princip̄ū bn̄ regētium dr Deu.xvij. Non multiplicabit equos. Sequit. Ut lōgo tempore regnet ipse:⁊ filij eius sup isrl̄. Quale v̄o sit dānum tyrannice regentiuꝫ dr.Ecc.x. Regnum a gente in gentem transfert ꝑpter iniustitias:⁊ cōtumelias: ⁊ diuersos dolos. Ut patet de Saule.i. Reg.xv.⁊ post de Roboam.iij. Reg.xij. Eterna v̄o merces bene regnantiū est: regnare cum rege regum in eternū. Ut Dauid. Iniuste v̄o principātiū dānatio eterna iudicium enim durissimū his q̄ presunt.⁊ potētes: potēt tormēta patientur sapientie.vj.

¶ Quarta distictio. De informatione eorum qui sunt presides ꝓuinciarum.

Expeditis cum dei adiutorio occasionibus alloquendi principem:qui ē ad modum capitis in republica. ꝯsequēter videndum est de informatione eorum qui se habent ad modum membroꝝ. Ut eni tactū est supra.presides prouinciarum ⁊ iudices ac legisperiti vendicāt sibi officium aurium:oculorum: ⁊ lingue. Et loquendo p̄ appropriationē: presides prouinciaruꝫ siue potestates ciuitatum:siue prepositi populorū: siue balliui villarum habent se ad modū aurium Suscipiunt enim precepta principis.⁊ iō auribus assimilant. Iudices v̄o: qui recta vident ⁊ iudicant:oculis comparant. Lingue quarum vsus est eloqui possunt comparari legisperitis ⁊ patronis causarum.

¶ Capitulum primum. Quod presides nō ambiant illa officia.

Rimi aūt.s.presides z p
T positi admonendi sunt z
instruendi ne sint cupi-
di z ambitiosi taliū dignitatū pro
pter easdez rationes: propter q̄s
princeps non debet ambire prin
cipatum. De qbus supra. Si eni
latrocinia sunt parua regna: sm
Aug. z Tulium vbi.s. multo ma
gis tales dignitates sunt quidam
principatus: z eis vtentes vocan
tur potestates. Non ergo ex am
bitione vl cupiditate lucri tpalis.
nec ex appetitu transitorij hono-
ris debent assumi huiusmodi of
ficia: vel vt veri⁹ dicaz onera z pe
ricula: sz dēbet assumi intuitu obie
V superioris principis iniungentis
z affectu comodi reipublice: z de
siderio subueniendi indigentib⁹
suo auxilio z patrocinio. ecc.vij.
Noli q̄rere ab homine ducatuz
nec a rege cathedram honoris
Noli querere fieri iudex: nisi va
leas: virtute irrumpere iniqtates
Sed valde difficile est irrūpere
iniquitates diebus istis: qa mul-
ti iniqui atqz ifideles regno: pau-
ci vo boni: vt eni ait Accius sicut
recitat Tulius.ij.li.de offi.c.xix.
Ad vulgi opinionem: que maior
X vtilitas q̄z regnādi esse possit? Ni
hil tū inutilius eo q iniuste con-
secutus sit inuenio Possunt cui
q̄z vtiles esse languores: sollicitu
dies diurni z nocturni metus: vi
tā insidiarū z periculorum ple-
nissima? hec ille. Et vere ille qui
ex ambitione z libidine presiden
di consequit dignitatē prefecture
iniuste consequit. Indigni ergo
non sunt a principibus preficien
di in dictis officijs ait Val. li.vj. Y
c.viij. narrans de quodam: q cō
suluit: neutruz mitti in hispaniaz
consulē a senatu de duobus: quo
ruz alter nihil hēbat: alteri nihil
erat satis: eque malā imperij ma
gistram iudicans: inopiaz z aua-
ritiā. Quādo eni prefectus egen⁹
ē. multa extorquet a sbiecto po-
pulo: vt sustentet z ditet. Quādo
vo auar⁹ est prefect⁹: multa ra-
pit: vt ei⁹ auaritia satiet. Tales igi
tur excludendi sunt z āmouendi
a talibus officijs. Unde in histo- Z
rijs super actus apostolorū narra
tur de tiberio: q.s. erat in negoci
is morosus: z segnis: z vix aut
nunq̄z mutabat procuratores. z
querentibus cām: rn̄dit: parcere
se plebicule. Scientes eni: se ha-
bere procurationē ad modicum
tempus: emungunt populū vsqz
ad sanguinē: z tāto acrius domi-
nant: q̄to breuius. z qui recētes
veniunt dissipant qdquid inueni
unt. Et dicebat exemplū de quo-
dam vulnerato. Qui cuz esset in
via nec amoueret muscas de vul
nere: alter superueniēs: putās: q
has dimitteret ex imbecillitate: ab
egit eas. Ad quem ille. Male fe A
cisti: qr musce quas āmouisti ple
ne erant sanguine: z me partius
molestabant. Que aūt superueni

ent:acrius pungent. Sic ⁊ ꝓcu
ratores vł officiales recenter ſub
ſtituti:acrius in ſubditos deſeui-
unt.hec ibi. hn̄tes igit̄ maiorem
famē ſiue ex inopia ſiue ex auari
B tia improbius rapiunt ⁊ deuorāt
vñ Ual.li.vi.c.ij.narrat de vetu-
la que orabat deos ꝓ vita Dioni
ſij tyrāni. A qua cū ille quereret:
quo merito ſuo id faceret: rn̄dit.
Quando erā puella:⁊ grauē ha-
beremus tyrānū:carere eo cupie
bamus.Quo interfecto:deterior
arcem occupauit: eiuſq̄ dn̄atio-
nem finiri oēs cupiebāt. Tertiū
importunioré oib⁹ haber̄ cepim⁹
rectorem.Timens itaq̄ : ne ſi tu
fueris aſſūpt⁹.deterior in locū tu
C uū ſuccedat : caput meū ꝓ ſalute
tua deuoueo. Tam fatuā autē au
datiā punire Dioniſius erubuit.
Quales aūt ſint aſſumendi ⁊ ꝑ-
ficiendi ſufficienter docet̄. Exo.
xviij. Prouide ait dn̄s:moyſi de
omni plebe viros potētes . Alia
littera hēt ſapientes ⁊ timētes de
um:in quib⁹ eſt veritas:⁊ q̄ ode
rint auaritiā:⁊ conſtitue ex eis tri
bunos ⁊ centuriones. ⁊c. Debēt
enim eſſe potentes iuſtitie ⁊ alia-
rum virtutum ſtabilitate firmati:
timentes deuū: cultus diuini pie
tate:hn̄tes veritatē vite ⁊ iudicij
in recta diiudicatione:cū auari
tie deteſtatiōe . ⁊ munerū refuta
tione:de quibus infra:⁊ abſq̄ ſb-
iectorum ſpoliatione.⁊ excoriatio
ne. Talis fuit ſeruus Abrae q̄ ꝑ
erat oibus que habebat.vt patet
gen̄.xxiiij. Talis fuit Joſeph.qui
ſub pharaone toti terre egypti ꝑ
fuit.Gen̄.xlij.Talis dꝫ eē ſeruus
fidelis ⁊ prudens ſuper familiā
dn̄i ſui: Prout dicit Saluator.
¶ Capitulum ſecundū.Qđ pre
ſidentes caueāt a pōpoſa ſeq̄lla.
Ualis autem debeat eſſe
quilibet talis prepoſitus
⁊ qualiter debet reger̄ po
pulum ſubiectum patet ex dictis
ſupra de principe.Debet eni imi-
tator eſſe boni principis ⁊ ſe recte
regere in officio ſibi cōmiſſo: ſi-
cut ⁊ princeps in dominio ſuo vł D
regno.Secundū eni iudicē po-
puli:ſic ⁊ miniſter eius. Et ſic p̄n
ceps vel dux debet rectificar̄ om
nes in ſuo dominio recto regi-
mine : ſic ⁊ quilibet preſidens
ſub eo: Ecc.x. Qualis eſt rector
ciuitatis: tales habitantes in ea.
Nihilominus cauere ſe dꝫ a fa-
milie ⁊ ſeruorum numeroſa pō-
pa:⁊ a nimia perſonarū inutiliū
ſequella:ad ſubiecti popłi graua-
mē.exēplo antiquorū.Uñ narrat E
Ual.li.iiij.c.iij.de Catone: qui ēt
cum bellis ciuilibus intereſſet: fi
lium trahens ſecum: duodecim
tm̄ ſeruos habuit.Similiter nar
rat ibi de ſcipiōe Emiliano q̄ p⁹
duos inclitos cōſulatus.totidēq̄
ſue precipue glorie triumphos:ſe
ptem tm̄ ſeruis ſequentibus offi-
tio legationis functus eſt ⁊ ſequi
tur. Itaq̄ cū ꝑ ſocias ⁊ exteras

pauperes quarum ...

gentes iter faceret: non ei⁹ man/cipia: sȝ victorie numerabāt: nec q̄ntū auri ⁊ argenti: sed q̄ntū am plitudinis secuȝ pondus ferret ex timabatur. ¶ Item cauere dȝ
F preses q preest populis a congre gatione indebita diuitiaruȝ: ⁊ ab iniuste extorta pecunia. Exēplo antiquorum: prout narrat ibideȝ Val. de talibus: q post cōsulatus in nullo fuerunt ditiores: sed etiā pauperes mortui sunt. Vñ narr/rat: φ Valenti⁹ post tres cōsula tus poplo romano acceptissimos sic mortuus est paup: φ patrimo nium ad exequiarū expensaȝ nō sufficiebat. Silr narrat de Mar co veneo. q fuit arbiter salutis pu blice φ ita pecūia inops decessit φ sepulture honore caruisset: ni si ex collecta pecunia a poplo fu neratus fuisset. Similiter narrat de alijs: φ sic pauperes post cō/sulatus suos decesserunt: vt non haberent: vnde filias suas mari tandas dotarent: nec vnde cum honore sepeliri possēt. Et hoc iō q: quilibet intēdebat saluti reipu/blice. nō comodis ꝓprijs vt di/ctū est. s. vbi de republica. ⁊ d cō sulibus. Vegetius li. iiii. c. iii. ait.
G φ Scipio post res gestas ꝓspere in hispania: in sūma paupertate decessit: nec ea quidē relicta pecu nia que sufficeret in dotem filia/rū q̄s ob inopiā: publice dotauit senatus. ¶ Iteȝ cauere debet ta lis a comessatiōe ⁊ luxu: ⁊ a luxu riarū lasciuia. Unde narrat Val. vbi. s. de quodam illustri viro. s. Catone: qui tribus tm̄ seruis cō mitat⁹ hispaniā rexit. ⁊ eodē cibo ac potu content⁹ erat quo remi/ges. Illū. n. grata frugalitaš ꝯsu etudo in hoc genere vite cum sū ma dulcedine ꝯtinebat. Similit̄
H narrat Vegetius vbi. s. c. i. qualr antiq cauebant a lasciuia luxurie vt Antigon⁹. Qui cum audisset filium diuertisse in eius domum cuius tres filie insignes ⁊ specio se essent: iusu edixit: ne quis min⁹ quinquaginta annis nātus: hos/pitio matrisfamilias vteret. pre/dicta eni multū nocent existētib⁹ in publicis officijs: ⁊ ēt popl'is sb iectis. Ideo tales a predictis ca/uere debent: quorū multi contra ria faciūt. Quod dolēdū est. Sū
I me aūt sic presidentes habere de bent deum ⁊ eccliam in reueren tia: ⁊ populū subiectum sub disci plina. ⁊ nihilominu⁹ tractare pau peres cuȝ mīa: q: oportet eos mi sereri paupertati subditorum: vt deus de illis habeat misericordi/am. Unde legit in vita beati basi lij. φ accessit ad eum quedā mu/liercula tanq̄ ad potenteȝ apud principem regionis: postulans si bi fieri prouidentiā. i. misericordi am per eum. Qui scripsit illi. hec mulier dicit: me posse apd te. Si ergo possuȝ ostēde. Qui rescripsit sic pater sancte volui misserer illi sed non potui: ꝓ eo: φ tribut̄ ia

cet cui

ect. Cui Basilius. Si qdē volēs
non potuisti: bñ vt cunq; res se
habet. Si autez potens noluisti:
ducat te christus ad horuz indi/
K gentiã: vt cũ volueris nõ possis.
Et sic factum est. Naz postea ca
ptus est ille: et intercessione bea
ti Basilij liberatus. Qui gratias
agēs restituit mulieri in duplum
qđ abstulerat. Jđ saluator Ma
thei. xviij. nõne inquit oportuit ⁊
te misereri ꝯserui tui sicut ⁊ ego:
tui misert⁹ sũ? Et Math. xxiiij.
de malo seruo q manducat ⁊ bi
bit cũ ebriosis: ⁊ percutit seruos:
ad quē venit dñs die qua nõ spe
rat. ⁊c. predictis etiam modis q
bus princeps est informandus:
potest ⁊ quilibet informari q pre
est populo sub eo: vt dictum est.
¶ Capl'm. iij. Qđ iudices discu
tiant ⁊ diffiniant cãs cũ diligētia
Iudices aũt vēdicãt sibi
oculoꝝ locum i republi
ca: vt dictũ est. Sic eniz
oculi discernunt corpori vtilia a
nociuis: quia oculi speculatores
L qdam sunt: ⁊ in alto siti ad peri/
cula preuidenda ꝑm Ambro. in
exameron omel'. vltima. Sic iu/
dices reipublice: in alto positi sũt
vt discernant iusta ab iniustis sa
lubria: a nociuis. oculi inquit tui
recta videãt. puer. iiij. vñ ⁊ iudex
dicitur: quasi ius dicēs ppli: siue
ꝙ iure disceptet. Jure ãt discepta
re: iuste est iudicare. Nõ est autē
iudex: si in eo. ñ est iustitia. xxiiij.

q. ij. Idem pp̄. Quales aũt iudi M
ces eē debeãt dicitur. Deut. xiiij.
Date ex vobis viros sapientes ⁊
gnaros: quoꝝ conuersatio sit ꝓ/
bata in tribub⁹ vr̄is. Et sequitur.
audite illos: ⁊ qđ iustum est iudi
cate. Quia enim debēt esse viri:
requirit in eis virtutꝫ ꝯstãtia viri
eni est ꝓprie fortitudo. Ait Tul.
i. tuscu. q. ⁊ vir dicitur a virtute:
vel quia maior vis in eo ait Pa
pias. Quia sapientes: requiritur
debita sapientia iuris ⁊ legũ: Iu
dex eni dicitur dicē ius: vt dictũ
est. Quia vo gnari: requirit ex/
perta industria. Gnarus enim ē
peritus: doctus: sciens: strenuus
Gnari sunt: qui peritiaz ꝑme ve
ritatis insinuant: ait Papi. Qđ
conuersatio eoꝝ ꝓbata sit, requi/
ritur laudabilis ⁊ redolēs fama
Tales debent esse iudices inꝗtũ
iudices: Possũt enim esse idem
presides ⁊ iudices: presides in ꝑ
sidendo: iudices in iudicando.
Deut'. xvi. Iudices ⁊ magistra/
tus constitues in omnib⁹ portis
tuis. Isti sũt admonendi: vt iu/
N dicium exerceant studiose ⁊ dili/
genter: ordinabiliter ⁊ recte: pru
denter ⁊ iuste. Job. xxix. Causaz
quam nesciebam diligentissime
inuestigabam. Ubi Gre. mora.
xix. Ad proferrendã sententiam
nũꝗ precipites esse debemus:
ne indiscussa temere iudicemus
ne quelibet mala audita nos mo
ueant: ne passim sine probatione

O credamus. Debet ergo eẽ in iudi
cio exquisita discussio: facilis cre
dulitatis exclusio. ꝓpositoꝝ exa
minatio: cũ deliberatione: sentẽ-
tie ꝓlatio. Et hoc merito: qꝛ iu-
dicium dei est. Deut. i. Ita puuz
audietis vt magnũ: nec accipietꝭ
cuiusqꝫ personã: qꝛ dei iudicium
est. Iõ ait dñs Exo. xxiiij. Nec i
iuditio plimoꝝ acquiesces sniẽ:
vt a vero devies. pauperis quoqꝫ
nõ misereberis in iudicio scilicet
a vero deuiando: ⁊ iniuste senten
tiando. Sũme igiẗ cauere debet
iudex a predictis: ⁊ ab eis que iu
dicium peruertũt: Sũme debet
P cauere: ⁊ diligens eẽ in causaruz
discussione: ait Gre. vbi. s. Ma
iora crimina credenda non sunt
mox cũ audiuntur: Sunt tamen
citiꝰ punienda: cũ veraciter agno
scunẗ. Facilitas eniz credulitatis
fac̃ ꝑuersũ iudiciũ. Sicut Phu
tifar: qui nimis credulus verbis
vxoris sniauit ꝯ Ioseph: ⁊ eum
carceri tradidit. geñ. xxxix. Item
defectus discussiõis accusationũ
Q ⁊ defẽsionũ est occasio ⁊ causa in
iusti iudicij. Sicut fuit d̃ ꝑp̃lo cõ
dẽnante Susanam ad dictum
senũ. Quo liberata est: testibus
examinatꝭ ⁊ ꝯdẽnatis. vñ ⁊ Sal-
uator liberauit adulteram: qꝛ nõ
fuit qui eã cõdemnaret. Io. viij.
vt eniz ait Ber. de gradibꝰ hũili-
tatis. est iudiciũ quadruplr̃ scilicz
ṽitatis. Io. v. Sic̃ audio: sic iu-
dico. Et est iudiciũ odij s̃m illud

s̃m legem debet mori: dixerunt R
iudei de xp̃o. Et est iudiciũ ter-
roris. Io. xi. Si dimittimꝰ eũ sic:
oẽs credẽt in illũ: ⁊ veniẽt romãi
⁊ tollẽt locũ nr̃m ⁊ gentẽ. ⁊ est iu
diciũ amoris scilicet carnalis: sic̃
in Dauid: q nolebat ꝙ Absalon
periret. ij. Reg. xviij. Iõ statutuz
est. nõ debere admitti ad iudiciũ
specialr̃ amici: ne fallant: aut fal-
lantur. Cui concordat Tuli. iij. d̃
offi. c. xi. ponit enim ꝑsonas ami
ci: cũ induit personã iudicis. tm̃
dabit amicicie: vt verã amici cãz
esse malit: ⁊ vt orande litis tp̃s q̃
aliquid per leges liceat accomo- S
det. Cũ ṽo iuramẽto snia dicen-
da sit: iuramẽto meminit: deũ se
habere testem. i. vt ego arbitror:
mentẽ suam. hec ille. Cauẽdũ er
go iudicibꝰ: ne ex nimia creduli
tate: ne ex discussionis ommissio
ne. ne ex odij imanitate: ne timo
ris pusillanimitate: ne carnalis
amoris affectione: ne amicitie fa
miliaritate: ne muneꝝ cupidita-
te iudicium ꝑuertant. Quattuor
enim mõis iudiciuz peruertiẗ: ti
more: odio: amore: cupiditate: vt
habeẗ. xi. q. vi. Sed ꝓuideant: ꝙ
sint imitatores sũmi iudicis: cuiꝰ
iudiciũ in terris exercẽt. De quo T
Isai. xi. Iudicabit i iustitia paupe
res qꝫ diligẽter ⁊ cauti fuerũt anti
qui in cãrũ discussiõe: qꝫ sagaces
⁊ ꝓuidi in examinatione: qꝫ cõ-
stantes ⁊ industrij: in dubiorum
sniatiõe: qꝫ clemẽtes ⁊ pij i quo-

R rūdā etiam reoꝝ ꝓ cause exigen
tia absolutione: patet in gestis eo
V rū. ¶ De prio. s. de causaꝝ dilligē
ti discussione narrat Uale. li. vij.
c. iij. di. Qd Demostenis astutia
mirifice sucursū est cuidā ancille
que pecuniā: depositi noie: ea cō
ditione acceperat: vt eaȝ nō nisi
simul vtrisqȝ redderet. Quorum
alter iteriecto tpe: quasi mortuo
socio sq̄lore obsitus: ancille dece
pte nūmos abstulit. Superuēit
postea alter: ⁊ depositū poscer̄ ce
pit. herebat illa misera: pariter ⁊
S pecunie: ⁊ deffensionis penuria:
iāqȝ de laqueo ⁊ suspendio cogi
tabat. Sed oportune sibi Demo
stenes patronus affuit. Qui vt i
aduocationē aduenit: mulier in-
quit hec parata est: depositi fidē
soluere. Sȝ nisi sociū adduxeris
id facere non pōt: qm̄ vt ipe vo-
ciferas: hec dicta est lex: ne pecu
nia vni sine altero nūeret̄. Et sic
X euasit mulier. ¶ De scdo scilȝ d
cāruȝ exaiatiōe: satꝫ pȝ Dani. xiij.
vbi Daniel. oēs ad iudiciū fuoca
uit. ffos testes ↄfutauit: innocētē
liberauit: datū indiscusse iudiciū
T retractauit: vnde narrat Petrꝰ
Alphonsus in tractatu suo de q̄-
dam: qui vocabat̄ refugiū pau-
perū: eo ꝙ solebat pauperes ad-
iuuare. Cū enim quidā paup: vt
ibi dr̄ locasset domū suā cuidam
vicino diuiti. diues cogitās: pau-
perē spoliare pdiolo suo: posuit
in domo dolia quedā oleo plena
q̄daȝ ꝟo semiplēa. Tpe elapso ve
nit videre illa: ⁊ inueniens dolia
semiplena: imposuit pauperi cri-
men furti: vt inde posset euȝ spo-
liare. Cū aūt nō restaret illi nisi
dominatio. refugiū pauperꝝ: vo-
cans eū seorsū: inquirit si essȝ in-
nocēs a crimine imposito. Quo Y
iurante: ꝙ essȝ innocēs rediit cū
eo ad iudiciū petiitqȝ ꝙ dolia il
la mensurarent̄. Et si tm̄ esset de
fecibꝰ in doliis semiplenis sicut i
plenis: ille sit condēnandus. Si
ꝟo non esset in semiplenis nisi
medietas fecis: eēt liberādus: qȝ
ex hoc planū eēt: ꝙ nūqȝ fuerāt
plena. Et sic factū fuit: ⁊ paup li-
beratus est. Ex quo pȝ q̄tū valȝ Z
prouida examinatio in iudicio.
¶ Similr̄ pȝ te tertio. s. de dila-
tione iudicioꝝ. vn̄ narrat Valeri
us lib. viij. c. x. ꝙ q̄daȝ mr̄familias
lias virū ⁊ filiuȝ interemit: qȝ ab
eis optie indol̄ filiū iuuenē queȝ
ex priori viro enixa fuerat ↄperissȝ
occisū. quā rē Dolobella ↄsul ad
se delataȝ: Athenas ad Ariopa-
gi cognitionē tāqȝ ad iudices gra
uiores exercitatoresqȝ relegauit.
qȝ nec ipse liberare duabꝰ cedibꝰ
ↄtaminatā: nec punire eam iusto
dolore compulsā sustinebat. Sȝ A
⁊ Ariopagite non minꝰ sapien-
enter inspecta causa: ⁊ accusato-
rē: ⁊ reaȝ post centū annos ad se
reuerti iusserunt: eodem affectu
moti: quo Dolobella: sed ille trās
ferendo: hi differendo questio-

nem damnādi ⁊ absoluendi in/explicabili vetatione mutabant. ¶ Consimiliter narrat. A. geli⁹ de dilatione iudicij differēdi inter prothagoram vel pictagoraz ꝑm alios: vt ait Poli.li.v.c.xij. ⁊ discipulū eius. Inter quos fuit scisma hmōi. Heual⁹ adolescēs diues: eloquētie discende gratia causasq3 orandi cupiēs fuit. Hic in disciplina Pictagore se dedit ꝓmittēs pecuniā q̄tam peteret: data medietate anteq̄ ingrederetur: daturus aliam: q̄ die primuz cām apd iudices perorasset: ⁊ vi-

B cisset. Postea cū diuti⁹ auditor assertorq3 Pictagore fuisset: facundiamq3 a studio ꝓmouisset: transcurso tempore longiori: cuz causantibus patrociniū denegaret: ne doctoris mercedē ipleret: habito consilio: litē cū eo Pictagoras contestatur. Cū igitur ad iudices ineunde cōstituendeq3 cause venisset gr̄a: Pictagoras sic exorsus est. Disce inqt stultissime adolescēs vtroq3 id modo fore: vt reddas qd peto: siue pro te ꝓnunciatū fuerit siue ꝯ te. Nam si ꝯ te lis erit data: merces mihi ex sententia debetur: q2 ego euicero: Si v̄o ꝓ te iudicatū fuerit: merces mihi ex pacto debet: q2 tu vinces. Ad quem placide heualus: opto inquit: me ancipiti ca-

C ptioni ijsse obuiam: si verba non ipse facerē atq3 alio patrono vterer. Sed maius in ista victoria ꝓ ludiū est: cū te non in causa tātuz sed in argumento quoq3 isto euicero. Disce ergo tu magister sapientissime vtroq3 modo fore: vt non reddam qd petis: siue ꝓ me ꝓnunciatū fuerit: siue ꝯ me. Nā si iudices ꝓ causa mea censerit: nihil tibi ex sententia dabitur: q2 ego euicero. Si ꝯ me ꝓnunciatum fuerit: nihil tibi ex pacto debeo: quia ego nō vinco. Et sic ab adolescente discipulo: magister eloquentie inclytus: suo argumēto ꝯfutatus est: ⁊ captionis v̄ste ⁊ excogitate frustratus. Tunc iudices dubiū hoc, inexplicabile esse: qd vtriq3 dicebatur rati: ne sententia sua: vtranq3 in partem dicta ipsa se se rescinderet: rez in iudicatam relinquunt: causaz in diem longissimum protelantes.

D Nec eos terruit ph̄i predicti auctoritas: cum esset Pictagoras magne auctoritatis apud ph̄os: siue fuerit Prothagoras: q fuit acerrimus sophisticator: ꝓut dicit. A. gelius li.v.c.i. Iuditia.n. festinata: penitentiaz sepe pariūt: vt patet. s. de Teodosio. vnde ⁊ greci cū vrgent ad sententiā: anteq̄ de causa liqueat: respondent patres suos solem apud antipo-

E das non vidisse: sed expectasse sēper donec etiam ipsis oriret. Dicunt etiam: properū esse viatorē qui anteq̄ lucifer oriatur: crassis adhuc tenebris: luceq3 remota: dietam agreditur. ait Poli.li.v.

vbi.s.
¶ Capl'm.iiij. De veritate iudicij: et ordinata indulgentia.

De quarto vo scilicet de absolutione reorum: et indulgetia narrat multum Valc.lib.viij.c.i. Et hoc ex causis varijs sicut ibi recitat. vbi ait q quidam interfecte sororis crimine a rege damnatus a populo est in iudicio absolutus. Quorum alterū atrocitas necis mouit:
F alterū cā flexit: quia immaturum virginis amorem: seuere magis q̄ impie punitū estimabat scilicet popul⁹. ¶ Similiter narrat ibi de quodam qui erat reus homicidij: pro se nihil recusans: sed paruulos flens commēdare cepit. s. iudici. Mitigata igitur qstione: qui omnium consensu periturus erat: pene nullū triste suffragium habuit. Misericordia ergo que stionem illam non equitas rexit queque innocentie tribui nequiuerat absoluo: respcū puerorū data est. ¶ Similr narrat ibi de alio accusato: q graues socijs iniurias attulisset. Et cū snie tristes de eo ferebantur: repētina vis nimbi incidit. Cumque ille prostratus humi: pedes iudicis oscularetur
G et os suum ceno repleretur: totā questionem a seueritate ad clemētiam et mansuetudinem transtulit. ¶ Similr narrat de quodam reo et dānato qui cum clamaret: se innocentem opprimi: et iudex respōderet nihil sua interesse: nocentem aut innocentem eum perire: dummodo periret. ob violentiam dicti: ab alijs liberat⁹ ē. ¶ Similiter narrat de quodam quem damnabat crimen libidinis: sed confessio intemperātie liberauit. Et sic de multis cōsimilibus: put ait ibi. Erant enim pniores ad miserendum: q̄ ad cōdemnandum: vt patet ex dictis. Et de his Augu .xviij. de ci.c.x. loquens de Ariopago. Ariopagite inquit curiales illius vrbis erant. s. Athenarum: et inde nomen habuerunt fm Varronem
H q Mars qui dicitur aries: cum homicidij reus haberetur: iudicantibus duodecim dijs in eo pago: de sex. eorum sententijs liberatus est: quia vbi paris numeri sententie essent preponi absolutio damnationi solebat. Si ergo pagani et gentiles deum ignorātes: fidei inexpertes: diuinum iudicium futurum non precogitātes: nec beatitudinē sperātes: fuerūt sic in iuditijs diligentes: quales esse debēt fideles non solum i suis iudicijs sed i iuditio quod dei ē? Prouidere ergo debz iudex: vt iudicium fiat sufficienti discussione: vt dictum est. Unde narrat Augu.vi.confessio.post medium: de Allipio collega suo: qui apud Carthaginem cōprehēsus
I fuit tanq̄ fur: quia apprehendens quandam securim quam fur qdā

dimiserat. Cui comprehenso obuiauit quidam notus sibi: et quesiuit quid acciderat. Cui cū intimasset factum: duxit eum ad domū predicti furis: ingrens de securi cui⁹ esset a puero statē ante hostium. Qui confestim ait. Nostra ē. Deinde iterrogauit: et aperuit cetera. Et in domū illam cā translata est. Et non arbitror ait ibi Augusti. ob causam aliā deum permisisse: illum capi: nisi vt ille vir tantus futurus iam inciperet discere: q non facile in cognoscēdis causis homo ab homine dānandus esset temeraria credulitate. Ideo inunxit beat⁹ Ambrosius Teodosio: vt an̄ trigesimum diem: nullus dānaret ad mortem: vt hitū est. s. vn̄ dn̄s ait Gene. xviij. Descendam: et videbo vtrū
K clamorē qui venit ad me ope cōpleuerint: an nō est ita. vbi dedit exemplū iudicib⁹ exquisite discutiendi anteq̄ iudicēt. ¶ Itē prouideri debēt: vt iudiciū sit indeclinabili equitate rectū: ne. s. peruertatur affectu carnalitatis: metu potestatis: ītuitu cupiditatis: vel odij et malignitatis. Judices eim iudicauerunt ꝯ Alexandrū ꝓ militibus vt habitū est. s. vnde narrat Augu: vbi. s. de Allipio. q eius indoles: non solum illecebra cupiditatis temptate est: sed stimulo timoris: quando assistebat iudici: et eius consiliarius erat Rome. Ubi cum quidam potentissimus vellet licere sibi ex more potentie qūod erat per leges illicitū
L restitit Allipius: promissū sibi ꝑmium irrisus aio ꝑtente mine calcauit. Et licet iudex in eū cām trāsferret: asserēs: se ab eo nō pmitti: et licet codices conficiendos sibi curaret precijs ꝑtorianis: semper perstitit: et deliberationē inde melius vertit: vtiliorem iudicans equitatem qua ꝓhibebat: q̄ potestatē q̄ sinebat. Sic eim dn̄s ꝑcipit. Exo. xxiij. Nec in iudicio: pliorum acquiesces sententijs: vt
M a vero deuies. Et ibidē. Nō declinabis in iudiciū pauperis. Leuit. xix. Nō iniuste iudicabis. Et post. Noli facere iniquum aliqd̄ ī iudicio scilicet i numero: pōdere et mensura. ¶ Itē iudices ꝓuidere debent: vt iudicium iusto aio: et recto ordine exequant: et etiam recta intētione: nō ex ira aut crudelitate: sed intentione iustitie cōseruande. Qd̄ enim iustū est: iuste exequeris: ait dn̄s. Deut. xvi. vn̄. iiij. dial. c. xxxv. narrat. De q̄dam: q vidit Petrū maiorē ecclesie in locis teterrimis: magno ferri pondere ligatū et depssum
N A quo cū q̄reret: cur hoc eēt: dictū est: q hoc patiebat: q si qd ei pro inferenda vltione videbat ad inferēdas plagas plus ex crudelitatis desiderio q̄ ex obediētia seuiebat. Sūme enim cauendū est iudici ab ira et crudelitate Sap. xxiiij. Cū tranqllitate iu

dica. Ira eim viri: iustitiā dei nō
L opat. Iaco. i. vñ narrat Señ. de
quodam iudice tyrānico: q ex ira
dānauit tres milites innocentes.
vnū: qꝛ redierat a via sine suo cō
militone: iponens ei: ꝙ illū inter
fecerat. precepitqꝫ alteri militi vt
O eū duceret ad suppliciū. Qui cū
eēt eductus: venit cōmilito socius
eius. Quem vidēs Centurio cui
erat preceptū aliū occidere redu
xit ābos ad iudicē. Quos vidēs
iudex iratus dixit primo. Te iu
beo interfici: qꝛ damnatꝰ es. Et
M te similiter aut alteri: quia cā dam
nationis cōmilitō es. Tertio di
xit. Te quoqꝫ iubeo occidi: qꝛ ius
sus illū occidere: impatori nō pa
P ruisti. vñ Señ. O ꝙ solers ē ira
cūdia ad fingēdos furores. Tres
puniti sunt ob vnius inocentiam
Excogitauit iste: quēadmodum
tria crimina faceret: ꝙ nullū iue
nerat. Hꝫ eim iracūdia hoc mali.
Non vult regi: irascit ipsi ṽitati
si ꝯ volūtatem suam apparuerit
Et de hoc Isido. li. iij. de sū. bo
no. c. lv. di. Iudex iracūdus iudi
cij examē intueri nō valet: qꝛ cal
Q ligine furoris cecatus nō videt.
¶ Itē puidere dꝫ iudex: vt iudi
ciū sit liberalitate gratuitū: n̄ ve
N nale vl' vēditū ait Augusti. epl'a.
xxxv. añ fi. Nō iō iudex dꝫ ven
dere iustū iudiciū: vl' testis verū
testimoniū: qꝛ aduocatꝰ vēdit iu
stū patrociniū: ⁊ iurisperitꝰ veruꝫ
ꝯsiliū. Ille eim inter vtrāqꝫ ptē
examis adhibet. Isti ṽo ex vna
pte ꝯsistunt. Cū autē iudicia ⁊ te
stimonia q̄ nec iusta nec vera vē
denda sunt iniq̄ ⁊ falsa vēdūtur:
multo scelerius vtiqꝫ pecunia su
mitur: qꝛ scelerate etiā a volētibꝰ
datur. Ille tñ solet tāqꝫ male sibi
ablatā pecuniā repetere: q iustuꝫ
iudiciuꝫ emit. Qui ṽo ꝓ iniquo
iudicio dedit: vellet qdē repetere
nisi puderet vel timeret. emisse R
hec Augu. Et idē. xxiiij. q. v. Ta
li eiꝫ vēditione nihil inordinatiꝰ
qꝛ iustitiam vendere: iniquitatē ē
iniustitiam ṽo: rabiosa insania
Preterea: talis vēdit iustitiā quā
nō habet. In alijs aūt ꝯtcibus:
res vendita alienatur a vēditore
⁊ transit ad emptorē. Sꝫ in hoc
ꝯtcu nullā iustitiam hꝫ venditor
ꝫ forte effectꝰ iustitie transeat ad
emptoreꝫ. vnde talis ṽitatē ipaꝫ
inhonorat ⁊ vilificat: qꝛ eā que ē
impretialis exponit ꝓ precio. ⁊ iu
diciū ipsuꝫ peruertit puer. xxiiij.
Qui cognoscit in iuditio faciem.
non benefacit. Iste ꝓ bucella pa
nis deserit veritatē. Quibusdam
eim iustitia vilis ē precaritate pe
cunie: ait Aug. v. ꝯfes. Nil sordi S
dius nil turpiꝰ: nil iniqus tali vē
ditione. Apud antiqs eim oē qd
ex debito officij ē: gratuitū eē oꝫ.
Qd si fit ad pciū: in sordibus cō
putatur. ait Poli. li. v. c. xi. Pre
terea iudex ē famulus iustitie: q̄ ē
regina ṽtutū. Iudex ergo q ven
dit dñaꝫ suā ⁊ reginā: vel ꝓstituit

oī precio valentiorē: sicut ꝓditor male perire dꝫ. vt enim ait Poli. vbi. s̄. ꝓciuꝫ nō dr̄ tm̄ pecūia: sꝫ obsequiū ⁊ oē munus: ꝑut dicet ĩ. Talis ergo sicut seruus infidel' dn̄am cui ex fide famulari tenet: quasi in foro distrahit. Johel. iij. puellā vēdiderūt ꝓ vino: vt biberēt scilicꝫ iustitiā incorruptā ⁊ sincerā. Nec solū vēditor ē iniquus
T sed etiam emptor: vt de illis verificet illud Ezech. vij. Qui emit n̄ letetur emptor eim talis scienter ⁊ ex intentione ꝑuersū iudicē corrūpit. Sic Balach corrupit Balaaꝫ muneribꝰ: ⁊ excecauit: Numeri. xxij. Et de hoc bn̄ Isido. iij. de sū. bono. c. lviij. Nullꝰ predo tam cupidus in alienis: q̄ꝫ iudex iniquus in suis. Latrōes in latebrosis faucibꝰ īsidias ponūt isti ꝑalam: rapacitatis auaritia seuiunt. Sequitur. Eorū figura
V vt ait qdā tanq̄ꝫ sillā pingit ⁊ describit. Ipsa quidē est hūana spetie: sed capitibus caninis accincta ⁊ circūdata. Vn̄ Petronius Quid faciūt leges vbi sola pecunia regnat. Aut vbi paupertas vincere nulla pōt? Jam nūc iudiciū nil ē: nisi publica merces. Ideo iudices sacramento alligant legibus iurati ꝙ oīo iudiciū cū veritate: ⁊ legū obseruatiōe disponēt Ipsoq̄ꝫ iure cautum est: vt sacrorū euāgelioꝝ scripture terribiles
X an̄ sedē iudicialē ponant: Ibiq̄ꝫ a principio litiū vsq̄ꝫ in finē permaneant. nec āmoueant: nisi sententia recitata: quo totiꝰ ꝯsistorij latitudo: ipsius dei repleta p̄ntia omnibꝰ metū incutiat: ⁊ ad sacrosanctas scripturas reuerētiam: ⁊ ab inquisitione veritatis oīs iniqtas ꝓpulsetur: omnis quoq̄ꝫ carnis ⁊ sanguinis religio iudiciaria ꝓpellat affectus: euacuans iraꝫ: ⁊ odium: metuꝫ: ⁊ amicitiam. vt enim ait Juliꝰ Cesar. Facile animus verū videt: vbi ista d̄ficiūt. ꝑut dicit Poli. li. v. c. xij. Et de iuramento iudicis Tuliꝰ de offi. li. iij. c. xi. di. ꝙ neq̄ꝫ ꝯ rēpublicaꝫ neq̄ꝫ ꝯ iusiurandū ac fideꝫ. amici cā: vir bonus faciet. Jō vt ait
Y ibidem. preclarū a maioribꝰ accepimus morē rogandi iudices: si eum morē teneremꝰ que salua fide facere possit. hec rogatio: ad ea ꝑtinet: que paulo ante dixi honesta amico: a iudice posse cōcedi. Nam si omnia facienda sūt que amici volūt: nō amicitie tales sꝫ ꝯiurationes putande sunt. vnde ad describendū q̄lis debet eē iudex inducit. A. geliꝰ. li. v. de ymagine iustitie. Crisippus inquit os ⁊ oculos iustitie vultūq̄ꝫ seueris ac venerandis v̄borū coloribus depinxit. Sequit. Forma v̄gina
Z li: aspectu vehemēti ⁊ formidali: luminibꝰ oculoꝝ acerbis: nec humilibꝰ: nec atrocis sed reuerēde cuiusdā tristitie dignitate. Ex huius ymaginis significatione: intelligi volunt: iudicē qui iustitie

antistes est: oportere esse grauez siue seuerum: incorruptz: inadulabilē .i. cui adulari non possit: ꝯ improbos imisericordē atqꝫ inexorabilem: electumqꝫ ⁊ arduuz ac potentem vi ⁊ maiestate equi
A tatis veritatisqꝫ terrificū. ¶ De instructione vero iudicum .ij. q. q. i. p totū. ⁊ cā. liiij. ¶ De pena q̊ qꝫ mali iudicis narrat Uale. lib. vi. c. iij. di. ꝙ. Cambisses rex: mali cuiusdā iudicis e corpe pellem detractā: selle iudiciarie intēdit: ⁊ in ea filium eius iudicaturū consedere fecit. Ceterū: rex barbarꝰ atroci ac noua pena iudicis: ne quis postea iudex corrumpi possit
B prouidit. Solerter eniz ꝓuidere debz iudex ne peruertat iudiciū dei vt eternalr nō puniatr. ex quo tali pena puniuit rex barbarus iudicez iniquum.

¶ Quinta distinctio de informatione aduocatorum. Capitulum primū Qualis debet esse: ⁊ a quibus cauere:

Consequenter admonendi sunt oratores: siue aduocati: vel legiste: q vēdicant sibi officium ⁊ locū legiptie in republica. pronunciant enim cās expediēdas ꝓ reipublice vtilitate sicut lingua enūciat corporis vtilitates ⁊ necessitates. Est
C eni propriū oratoris: aperte distincte: ⁊ ornate dicere. ait Tuli. i. de offi. ⁊ hi sunt informādi: vt vtātr scia sua ⁊ eloquentia ad reipublice salutem nō ad pernitiē: ait ibidem. libro tertio. c. xvij. dicēs. ꝙ inhumanum est eloquētiam ad hominuz salutem ⁊ ꝯseruationē datā ad bonoꝝ pestem: pernitiēqꝫ conuertere. Uerumtamē: vt hoc fugiendum est: ita est religioni horrendū innocentem aliquē impugnare. sicut aliquē nepharium impiumqꝫ defēdere. Ex his patet ꝙ tales cauere debēt. ne ipsam veritatē: vel eius causas opprimant: ⁊ destruant. ne inocentes ⁊ iustos impugnent ⁊ dānificent: ne falsitatem: ⁊ eius falaces causas defendendas assumant: ⁊ ne impios verisimilibꝰ rationibꝰ iustificēt. Qui eni iustificat ipiuz
⁊ ꝯdēnat iustū: abhomiabilr vterqꝫ aū deum, ꝓuer. xvij. Talia eni consueuerunt perpetrar predicti in foris litigiosis: ait Aug. iij. cōfessionū pꝰ principium: loquens de seipo. placuit inquit mihi subtrahere bnficium lingue mee nūdinis laq̄citatis: ne vlterius pueri mendicantes: nō legē tuaz: nō pacem tuā: sed insanias mendaces: ⁊ bella forēsia mercarentr ex ore meo: arma furori suo. Sic est de talibus qui predicta faciūt Licet eni iura sint iusta ⁊ leges recte: ea tn̄ conuertere ad virtutis
oppressionē: ⁊ falsitatis ꝓmotionem: ē eis abuti. Quod multi faciunt. ⁊ vt magis hoc facere possint: dilatant philateria sua: ⁊ ma E

gnificant fimbrias tam ornatib⁹ vestium: q̄ pompa gestium: ⁊ arrogantia verborum. prout legitur in quadam tragedia: de quodā qui vidit infernū: ⁊ videns ibi turbaʒ aduocatorum: dixit. Heu venale genus hominū: accedite: ⁊ mecum in hoc vase balneamini: superest tñ adhuc locus. Sed nobilis animus dedignat: querere honorē ab exterioribus ornamētis. ait Poli. li. viij. c. xiij. de Demostene: qui anteq̄ virtus eloquentie eius innotuisset: cult⁹ copiosioris dr̄ accepisse nitorē: sciens q̄ purpura causidicum vendit. Et post q̄ noticiam ⁊ famā assecutus est eloquentie toga contentus est. dicens. velle: sibi a se potius q̄ a nitore vestium: aut cultu exquisito constare gloriam. Dis Aristipū decuit color: ⁊ status: ⁊ res. Quilibet idut⁹: celeberrima per loca vadit: queʒ cum proprius attolit honor: vilitas nō deprimit. Emēdicatuʒ laudis v̄r esse suffragiū qđ ab extrinsecis pendet. Profecto vnius egregie virtutis titulo quisq̄ magis clarescit: q̄ splendidissimo luxurie instrumēto: ⁊ oi lenocinio vanitatis. Cū ergo virtus omnis aie polleat: iusticia clarius enitescit. vir ergo sapiens: ⁊ virtuosus. dedignari debet ostentare se exterioribus ornamentis: ⁊ sic quasi vendere se. Et nō solū ēt, se aliqñ tales vendunt: vel suū patrimoniū: sed quod miserabilius est vendūt suuʒ silentiū. Et cū silentium sit priuatio locutionis venales exponunt ipsas priuationes. Et sic que nullius sunt precij sunt venalia apud eos: prout narrat de Demostene. Qui cū Aristidinm auctorem fabularum interrogasset q̄tū mercedis in eaʒ accepisset: ⁊ ille respondisset: mille nūmos: plus inquit Demostenes accepi ego: vt tacerem. Planum igit, est: tales esse miserabiles venditores. qui non, solū se ⁊ sua vendūt: sed etiā priuationes vt dictum est. Et lingua talis vēditoris est multum dānifica reipublice. ait Poli. li. v. c. ix. Causidicorum siqdē lingua est dānifica: nihil tam vt dici solet funibus argenteis vincias. Et nō solum causas vendunt: sed etiā protrahunt: vt plus lucrent: ⁊ veritateʒ excludunt: vel qđ nequius est interimunt: ⁊ hoc vt fiat peruersuʒ iudicium: vt de illis verificetur. illud. Isai. lix. Conuersum est retrorsum iudicium: ⁊ iustitia longe stetit: q̄r corruit in plateis veritas ⁊ equitas non potuit ingredi ⁊c. Tot eni repagula fallatiaruʒ: tot obstacula astutiarū inducunt q̄ non hēt veritas ingressum: ⁊ quod grauius est: eā falsitatibus interimunt: ⁊ propinant aliqñ vinum erroris. Ait Aug. primo cōfessionū añ. fi. loquens de poetis Non actus sed verba quasi vasa electa: sed vasa erroris: vinum

quod in eis ꝓpinatur ab illis do/ctoribus. Idē li. sermonū. Quid valet inquit eloquentia paganis: que tanꝙ pocula preciosa morti feros promat errores: ⁊ facit lin/guam frameam ⁊ gladiū bis acu tum? Potest eni dici de talibus: lingua eorū gladius acutꝰ. Sed sciant tales: ꝙ tenenẗ ad restitu/tionem oīum que sūt lucrati iniu ste: Ait Aug. epl'a. xxxvj. loquens de zacheo qui ait Luc. xix. c. Si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Verūtamē ait Au gu. Si iustitia sincerius consulaẗ iuste dr̄ aduocato: redde qd̄ acce pisti qn̄ contra veritatem fecisti: iniquitati astitisti iudicē fefellisti: causam iniustā oppresisti: de falsi tate vicisti: q: videmꝰ multos ho nestissimos ⁊ discretissimos vi/ros non soluz impune: sed etiaz gloriose videri sibi ꝯmittere. Et ibi bn̄ de hoc. Et non soluz teneẗ ad restitutionem omniū que ac/cepit: sed etiā eoꝝ que per iniustā aduocationem eius iusti amise/runt. Vn̄ ibi Aug. Quis tandem aduocatus facile reperiẗ: q dicat suscepto suo: recipe qd̄ mihi cuz male adessē dedisti: ⁊ redde ad uersario tuo: qd̄ me inique agen te abstulisti? Nisi forte restituen/dum est alienū: quod furtim clā/culo effert. ⁊ restituendum non ē quod in ipso foro vbi peccata pu niunẗ: decepto iudice: ⁊ circūuen tis legibus obtineẗ. Quasi. di. Si illud est restituendum iusto: ma gis istud.

Capl'm secundum. De infor/matione actorum in iudicio.

Et non solum aduocatꝰ est admonēdus his mo dis. sed etiā omnis actor in iudicio. ne. s. cum lite ⁊ iurgio petat sua: nec querat aliena: nec per falsitates procedat: nec causā iniustam aduocatis cōmittat: iu/dicem non corrumpat: nec pau/periorem opprimat: q: ⁊ si lucꝝ his modis sic lucratū sit in archa dānū tn̄ erit in consciētia. Unde Tul. iij. d̄ offi. c. viij. Si vir bonꝰ inqt hēat hāc vi: vt si digitis cō crepuerit. s. per digitoruz pcussio nes sicut fuit mos apd̄ antiquos possit in testamento nomen suuz locupletuz irrepere. i. fieri heres: hac vi non vtaẗ. Et sequiẗ quare itelligat ei nihil expedire aut vti le esse quod est iniustum. Hoc qui non didicerit: bonus vir eē non poterit vbi ponit exēpla de il lis qui supplantauerūt alios iniu ste. Sequiẗ. c. xix. Cadit ne i viꝝ bonum emolumenti sui cā criali aliqd̄ preripere. s. alicui sua tolle re. Nihil profecto minus. est er/go illa res tanti. aut comodū illd̄ tam expetenduz. vt boni viri no men amittas? Quasi dicat. non Et reddit rōnem: qa vtilitas iste non pōt tm̄ afferre ꝗtum aufr: re. Si viri boni nomen erripuit fidem ⁊ iustitiā detraxerit. Et de

Q hoc exemplum.iij. Reg.xxi. de
Achab habet.q per falsū testimo
nium ⁊ iudicium ad sugestionez
Ziecabelis eripuit vineam Na
both. Ideo d̄r ei. Occidisti ⁊ pos
sedisti. Sequit̄ in loco in quo lin
xerunt canes sanguinē Naboth
lambent sanguinez tuū. Carnes
v̊o Ziecabel ⁊c. Simil'r Aman
q voluit opprimere iudeos ⁊ dā
nare damnatus ⁊ suspensus est.

¶ Caplm̄.tertium. De informa
tione testium.

Onsimiliter testis in iu
dicio: est admonendus:
ne testiōium perhibeat
falsitati. neq3 alijs noceat: sicut
p̄cipit dn̄s Exo.xix. Non falsum
testiōiu3 dices. Un̄ Isido.iij. de
sūmo bono.c.lix. Testis falsidicꝰ
tribus est obnoxius. Deo quem
contēnit: iudici quem decipit. in-
R nocenti quem ledit. Et Aug. ser-
mone de plagis. Plaga inquit
octaua est de locustis: q2 locusta
aial noxium significat falsum te
stem. Quid eni vult nisi morde-
re nocendo: ⁊ consumere mentiē
do Iō Apo. āmonet: ne nos fal-
sis criminibus opprimamꝰ. Si
mordetis inquit ad iuicem: ⁊ co
meditis: videte ne cōsumamini
Gal.vj. Tales eni veritatē interi
mūt: ⁊ sic ipsum xp̄m q veritas
S est. Unde ⁊ contra ipsū insurrexe
runt Math.xxvj. Un̄ Ambro-
sermone de passione. Christꝰ est
veritas: pax: iustitia. Quia relin-
quūt pro falsitate veritatem. p p̄
tio tpali iustitiam odiunt: ⁊ scin-
dunt pacē. ⁊ xp̄m occidūt. Ideo
merito falsus testis non erit im-
punitꝰ. puer.xix. Et.xxxi. Testis
mendax peribit. Debet eni reddi
ei. sicut cogitauit facere fratri suo
Un̄ legit̄ in ecclesiastica historia
li.vi.c.ix. q2 tres testes falsi insur
rexerunt cōtra narcissū ep̄m hie
rosolimitanū confirmantes sub
sacramento. Quorū primus iu- T
rauit ita esse: cōfirmans: vt si ita
non esset: igne consumeret̄. Aliꝰ
dixit ita esse: qd̄ si ita nō eēt: mor
bo regio corrumperet̄. Tertius di
xit ita esse: qd̄ si ita nō esset: lumi
nibus orbaret̄. Sanctꝰ v̊o: cuiꝰ
vita ⁊ pudicitia ab oibus nosce-
bat̄: ānis plurimis in desertis de-
litescit: sed oculus dine iustitie nō
gescit. ⁊ impios vltione mollitur
Un̄ primꝰ: a parua scintilla ignis
domo succensa. cum oi familia
sua ⁊ pecore conflagrauit. Secū
dus: a pedibus vsq3 ad uerticem
morbo regio quē fuerat impreca
tus repletus consumit̄. Tertiꝰ vi
dens eorum exitū: nec se posse la
tere dino oculo: cunctis audien-
tibus sera pnia totum sceleris or
dinem pandit. ⁊ in lacrimas pro
rumpens: luminibus est orbatꝰ.
Et Narcissus quasi e celo rediui
uus ex improuiso redijt: ⁊ multo
magis ad eum amor populoru3
excreuit. Sctō igit̄ multum isti p
fuerunt: ⁊ sibi cōfusibiliter nocue

tali narratur q᷑ cum haberet cer
tam consciam sinceritatis sue: ac
cepto cribro vesta iquit: si sacris
tuis castas semper admoui ma/
nus: effice: vt hoc hauriam in cri
bro e Tiberi aquã: et in ede₃ tuã
perferam. Et sic factũ est prout
dicit Uale. li. iiij. c. i. Nec est intel
O ligendũ q᷑ hoc fuerit merito sue
virginitatis: vel obsequij: cũ rit⁹
ille esset diabolicus: s₃ fuit ludifi/
catio demonũ ad deceptionẽ ho
minum: sicut determinat Aug.
loquens de facto huius virginis
x. de ci. c. xvi. Potuit eni₃ demõ
permissa sibi potestate: aqua₃ te/
nere in cribro: vt amplius decipe
ret. Narrat etiã ibi Aug. de alia:
que nauem in qua simulacrum
vehebatur conatibus hominu₃
⁊ boum immobilẽ reddita₃: zo/
na alligatam: i sue pudicitie testi
monium mouit ⁊ traxit. In om/
nibus aũt predictis ꝑdicator dei
moneat virgines esse tales q̃les
descripte sunt: vt de eis dicatur.
Adducenť regi virgines post eã
Et habeant oleum idest nitore₃
cõscientie in lampade cordis cũ
virginibus sapientibus. Et deuo
ta voluntate sint virgines non ti
more coacte. vt eni₃ ait Ambro.
primo. de virginitate: non est ca/
sta que metu cogitur: nec hone/
sta que mercede cõducitur. Ubi
ait de quadam Pictagorica vir
gine: que cũ a tyranno cogeretur
ꝑdere secretum: ne quid in se ad
extorquendã cõfessione₃ etiã tor
mẽtis haberet: morsu abscidisse
linguam fertur: ⁊ in tyranni faciẽ
expuisse. vt qui interrogãdi finẽ
non faciebat: non haberet a quo
interrogaret. Sed victa est cupi
ditatibus: que tormentis vinci ñ
potuit: forti animo sed tumescen
te vtero. ¶ De fructu autẽ ⁊ pre/
mio virginitatis Apoc. xiiij. Ne
mo poterat dicere cãticũ. ⁊c. Se
quitur. Uirgines enim sunt ⁊ se/
quunť agnũ quocũq₃ ierit. Sup
qd̃ Augu. de bono virginali ait:
Agnũ sequi quocũq₃ ierit est: ip

sius virginitatem mentis ꝛ cor/
poris imitari. Et ibidē. Gaudia
virginum non sunt eadem cum
non virginibus q̄uis xp̄i. Nam
sunt alijs alia: sꝫ nullis talia. Isa.
lvi. Hec dicit dn̄s de eunuchis
Dabo eis in domo mea ꝛ muris
meis nomen melius a filijs ꝛ fi/
liabus. vnde Aug. ep̄la. cxxviij.
T Beatius est: in carne imitari vi/
tam angeloꝝ q̄ꝫ ex carne augere
numeꝝ mortaliū. Hec est vberi
or fecūdiorq̄ꝫ felicitas: nō vētre
grauescere sed mēte grandescere
non lacescere pectore: non visce/
ribus terram: sed orōnib⁹ celum
pturire. Et de fructu virginitatis
ꝛ cautela in malis cauendis nar
rat Gre. dial. iiij. loquēs de puel/
la noīe Musa. Cui beata virgo
apparuit cum puellis in albis ve
stibus querens ab ea an vellet vi
uere in ei⁹ obsequio. Qua rn̄dēte
ꝙ sic ait ei beata v̄go: vt nihil vl
teri⁹ puerile vel leue ageret: a risu
ꝛ iocis abstineret. Et ꝙ ad eā die
V trigesima ventura erat. Que oīo
mutata est. ꝛ sicut dixerat ei bea/
ta virgo ita factum est. ꝛ in vlti/
mis posita dixit. Exite: ecce dn̄a
venit. Item narrat ibidē de alia
nomine Tharsilla: que cū venis/
set ad exitum circunstantib⁹ dua
bus eius sororib⁹ circa lectū cla
mauit. Cedite. Jesus venit. Et ꝺ
X virginū perfectione ꝛ glīa patet
in vitis sanctarum. s. Catharine
Agnetis: ꝛ Cecilie: aliaꝝ: de qui/
bus eccl̄ia solemnizat.

¶ Septima distinctio. De admo
nitione hominum ſm differen/
tias euentuum vel fortune.

¶ Capl̄m.i. De admonitione exi
stentium in prosperitate.

Similiter admonendi
sunt homies exn̄tes Y
in psperitate: ne ex/
tollantur: ꝛ existentes
in aduersitate: ne de/
sperando terreant. Illi ne qꝛ p/
sperantur p voluntate: se efferāt
nec in ea presumptuose cōfidāt:
isti ne tolerātes aduersa desipiāt
ꝛ mutabilitatē ac labilitatē mū
danoꝝ iugiter cōsiderent. Et de
hoꝝ admonitione Gre. ij. pasto
ralis. c. xvij. vnde puer. i. psperi
tas stultoꝝ perdet eos Aug. ep̄la
lxxxij. Mūdus piculosior ē blā Z
dus q̄ꝫ molestus. Job. v. Uidi
stultum firma radice: ꝛ maledixi
pulchritudini eius. Ubi Grego.
mor. vi. Quasi per amena prata
ad carcerē venit: q per p̄ntis vi
te prospera ad interitum currit.
Et Job. xviij. Precipitabit eum
consilium suum. vbi Gre. mor.
xvi. Prosperitas gressus obli/
gat. vt vix ad bona pdire possint
vnde Aug. epistola. v. Nil infeli A
cius felicitate peccantiū: q̄ pena/
lis nutritur iniquitas: ꝛ mala vo
luntas velut hostis interior robo/
ratur. Sequit. Si de⁹ pollere p/
mittat iniquos in psperitate: tūc
indignatur grauius: ꝛ si impuni/

ta dimittat: tunc punit infestius.
B Ubi introducit illd poete. Luxu-
riant animi rebus plerunqꝫ secũ
dis. Et de hoc Señ. multũ de ꝓ
uidentia vbi ait. Nihil infelicius
eo: cui non accidit aliqd aduersi
qꝛ male iudicauerunt dij de ipo.
Et ponit exempla de illis qui ad-
uersa sustinuerũt. Sicut de Re-
gulo qui q̃to plus glorie habue
rit: tanto virilius aduersa tolera-
uit. Solatiũ eiꝫ magis viris fuit
dura pro honestis tolerare. Idẽ
ep̄la. vij. Munera fortune sunt
insidie. Et ep̄la. lxxx. Segetem
vbertas nimia sternit: rami one
re franguntur: ad maturitatẽ nõ
ꝑuenit nimia fecũditas: Idẽ il-
lis euenit quos nimia felicitas co
C rumpit. De hmõi aũt mutabilita
te bene Gre. iij. registri ante fi.
vbi ait. Dum omnia in hoc mũ-
do mutabilitatis ordo corrumpit
nec eleuari ꝓsperis: nec frangi de
bemus aduersis: vt humiliati
discamus quid deliquim⁹: ꝛ exal
tati: aduersitatis memoriã: si hu
militatis anchoram teneamus.
Nihil eiꝫ stabile in hac vita. Sꝫ
hõ vt viator modo ꝑ plana: mõ
D ardua pergit. Nec est ira sꝫ gr̄a:
per quam discimus: vt dei dona
tanto seruemus veri⁹ q̃to humi
lius. Artem gubernandi: mare
tranquillum non ostendit ꝛ obse
quens vẽtus. Aliquod aduersuꝫ
occurrat oportet: qd animum ꝓ
bet. Turpis naufragij rector: cui

gubernacula fluctus eripuit: qui
fluctuãtia vella deseruit. Ille vo
laudãdus qui ꝑdictis restitit ꝛc.
Et de hmõi mutabilitate Uale.
li. vi. c. vltimo. Ubi narrat d quo
dam: cui omnes conatus: placi
do exhibebant intinere: certum
cupite rei fatũ apphẽdebat vota
nũcupabantur: simul ꝛ soluebã-
tur: velle ac posse in equo posituꝫ
erat. Anulũ quoqꝫ de industria
in ꝓfundum ꝓiecit: ne ois inco-
modi expers esset: quem tamen
cõtinuo recuperauit: capto pisce
qui eum deuorauerat. Sed hũc
huius felicitas plenis semper ve
lis prosperũ cursuꝫ tenuit: Orun
thes Darij regis prefectus: in ex
cellentissimo montis vertice cru
ci affixit: ibiqꝫ putruit. Non igi-
tur multuꝫ cõfidendũ in diutur-
na prosperitate: ex quo aduersi-
tas sepe subseqtur. Et ibi narrat
de alijs diu ꝓsperatis postea ad-
uersa passis. Ideo ibi concludit.
Caduca nimirũ ꝛ fragilia pueri-
libus cõsentanea crepũdijs sunt
ista q̃ vires atqꝫ opes humane
dicuntur. affluunt subito: repente
dilabuntur. Nullo in loco: nulla
in persona: stabilibus innixa ra-
dicibus consistũt. Sed incertissi
mo flatu fortũe huc atqꝫ illuc ac-
ta: quos in sublime extulerũt im
prouiso recursu destitutos: ꝓfun
do cladiuꝫ miserabiliter imergũt
Itaqꝫ nec estimari nec dici de-
bent bona: que inflictorꝫ malorũ

amaritudine: desideriũ suum du
plicant. ¶ Ibi etiam narrat de
Crasso: cui pecunie magnitudo
locupletis nomen dedit: sed eidẽ
postea inopia turpem dedecoris
appellationem imisit. Si quidez
bona eius a creditoribus: qꝛ soli-
dum pſtare non poterat direpta
sunt: ꝛ amara sugillatione nõ ca-
ruit. Cũqꝫ egens ambularet: ab
omnibꝰ contemnebaẗ qui diues
venerabiliter salutabaẗ. ¶ Ibi-
H dẽ narrat de Cassio: qui preture
splendore: triumphi claritate: cõ
sulatus decore: maximi pontifi-
cis sacerdotio functus: ita vt dice
retur patronꝰ senatus: postea fuit
carnificis manibus laniatus an-
te tocius fori Romani conspectu
¶ Similiter d̃ Martio: qui in
multis prosperatus: deinde pscri
ptus: ꝛ multis aduersitatibus est
afflictꝰ. Iõ ibi Uale. Quid huiꝰ
conditione inconstantiꝰ: ꝛ muta
bilius: quem si inter miseros po
sueris miserrimus: si īter felices
felicissimꝰ reperitur? Et de mul-
tis talibus ibi bene. Non igitur
I gloriãdũ de prosperitate munda
na: qꝛ vita secura q̃si mare mor-
tuũ: ait Señ. epl'a. lxx. Et vbi ea-
dem die luserunt nauigia sorben
tur. ait ibi. Et munera fortũe sunt
insidie ꝛ viscata beneficia. ait idẽ
epl'a. i. Et. xcviij. Nescis qua eta-
te Hecuba seruire cepit. q̃ Cres-
sus qua darij mater? Qui. s. pus
prosperati: postea aduersis affli-
cti. Iõ Augu. de verbis dñi ser-
mone. xiij. Magne virtutis est
cum felicitate luctari: ꝛ nõ ab ea K
vinci. Phil. iij. In oibus instru
ctus sũ. Scio humiliari et abun
dare ꝛ penuriã pati. Super quo
Greg. super Eze. Omel. vij. dič.
Magna ars est ꝛ mire scie disci
plina: ac toto cordis nixu discen-
da. Scire sustineř prospera ꝛ ad
uersa. Et ille magnus est: q blan
dientibus rebus secundis non se
ducit. ait Ber. ij. ad Euge. añ fi.
Et de hac materia Señ. li. de p L
uidẽtia quasi per totũ: vbi ait Fu
gite diuitias: fugite eneruatiuam
felicitatẽ: qua cũ marcescũt. Se.
quit. Cum oia que modũ excesse
rint noceãt: periculosissima felici
tatis intemperantia est que in va
nas mentes ymaginationes euo
cat. Et ibi. Illos qs merito dixe-
rit miseros q nimia felicitate tor-
pescunt: quos velut in mari lẽto
tranquillitas inhers detinet. Idẽ
epl'a. xxxviij. Res inquieta felici- M
tas ipsa exagitat: mouet cerebꝝ
non vno genere alios in aliud ir
ritat. Hos in potentiã. hos in lu
xuriam. Hos inflat: illos mollit
ꝛ totos resoluit. Est enim sicut vi
num. qꝛ. s. turbat. Nulli ergo ma
gnificandi vel beatificandi pro-
pter mundi prosperitatẽ. ait Ual.
li. vij. c. ij. recitãs dictũ Solonis
dicentis: neminẽ dũ adiuuit btm̃
debere dici: quoadusqꝫ ipsuz fati
diẽ ancipiti fortune subiecerimꝰ.

N et ibidem. Interroganti quis nā
esset beatus: Anaxagoras respō
dit. Nemo inquit ex his quos tu
felices esse estimas: sed in nume
ro illo reperies qui a te miseri cre
dūt. Nō erit ille diuitijs aut ho/
noribus abundans: sed aut ruris
exigui. aut nō ambitiose doctrie
fidelis ac pertinax cultor: in seces
su q̄ȝ in fronte beatior.

¶ Capl'm. scōm. De admōitiōe
existentiū in aduersitate.

X his pȝ: qualiter sūt ad
e monēdi sustinentes ad/
uersa. s. per oppositū: vt
non grauentur nimis de aduer/
sitate quam patiunt. Aduersitas
O eni plus prodest tolerantibus pa
tienter q̄ȝ ꝓsperitas sicut probat
eleganter Boe. ij. de conso. c. vl/
timo. vbi ait Plus hominibus
prodesse reor aduersam fortunā
q̄ȝ prosperā. Illa eni cum v f blā
da mentit: hec semper vera cuȝ
se instabileȝ monstrat. Illa fallit.
hec instruit. Sequit. Illam vide
as ventosā semꝑ fluētē: sui ignar
ram. hāc sobriam succinctam ⁊
exercitatione prudenteȝ. Illa de
uios a vero bono facit: ista ad ve
ra bona illico retrahit. Et simi/
liter Sene. lib. de ꝓuidentia di.
P ꝙ aduersitas non est malum qđ
noceat. s. bonis: q2 nil mali po/
test accidere bono viro. Nō eni
miscent contraria. ⁊ hoc q2 nulla
bona sibi auferūt: in multis bo/
nis exercent: a malis. s. voluptati
bus ⁊ lasciuijs retrahunt: gliam
⁊ honorem accrescunt: sicut d oi
bus exemplificat ibi: vbi ait. Si/
cut amnes hymbres ⁊ fontes nō
mutant saporē maris nec remit/
tunt: ita aduersarū rerū impetus: Q
fortis viri nō mutat animuȝ: sed
manet in statu suo: ⁊ quicqd eue
nit in sui colorē mutat. Est enim
oibus exteris potentior. Sequit.
Oia aduersa exercitationes pu/
tat. Athletas inquit videmus: q
bus cura est cū fortissimis confli
gare. Marcet eni sine aduersa/
rio virtus ⁊ tunc apparet q̄ȝta sit
q̄ȝtumqȝ polleat. cū qd possit pa
tientia ondit. Quicqd accidit ho
mini consulit ⁊ in bonum vertit.
Sequit. Pium aium habet de
us ad viros bonos. illos fortiter
amat: ⁊ vult: ꝙ operibus bonis R
⁊ doloribus plenis ac dānis exa
gitent: vt veruȝ colligant robur.
Nam matres volūt fouere in si
num filios. Languet inquit ꝑ in
hertiā saginata: nec fert vllū ictū
illesa felicitas. Et ibi de hoc ꝑ to/
tum. Unde ait. Gaudent magni
viri rebus aduersis nō aliter q̄ȝ S
fortes milites belli triūpho. Gu
bernatorē in tempestate: in acie
militē intelligas. Calamitas: vir/
tutis occasio est. Illos merito qs
dixerit miserosq nimia felicitate
torpescunt. Ignis aurū probat: ⁊
miseria fortes viros. Nō ē arbor
solida nec fortis: nisi quā frequēs
ventus incursat: Ipsa eni vexa/ T

tione constringit. & radices celsi⁹ gignit. Et exēplificat ibi ꝺ magnis viris q multa sustiuerūt aduersa Sicut de Demetrio q ait. Nihil infelicius eo qui nihil aduersi inuenit. Similiter ponit exemplū de Mutio q sustinuit ignē. De Fabritio: q paupertatē. De Rutilo qui exilium. De Regulo q tormenta. De Socrate q venenum sustinuit. Itē Sen̄ de constātia sapientis ait: ꝙ queādmodū quorundā lapidū inexpugnabilis duritia est. Non eni secari adamus vel cedi pōt. sed oia incurrentia retundit. Et queādmodū scopuli in altū proiecti mare frangunt: nec vlla seuitie vestigia ostentant sic aius sapientis solidus id roboris colligit: vt tam tut⁹ sit ab iniuria ꝙ̄ illa que retuli. Consimilia exempla ponit Criso. sup Mat. Omel. xxiiij. Nullus inquit nocere pōt virtuoso viro sed multū proficere. Et ponit exempla. Qui adamantem percutit ipse est q ꝑcutit. Qui contra stimulos calcitrat: ipse ē q stimulat. Ligās ignē in vestimēto: flammā non consumit sed vestimentū. Sic qui insidiat virtuosis viris piclitat. Itē Sen̄. iij. de ira. Ut tella a duro resiliūt & cū dolore cedentis solida feriunt: ita magnanimū aimum nulla iniuria ad sensū sui adducē fragilior eo ꝙ percutit. Et subdit cām. Ut superior pars mūdi & ordinatior ac sideribus propingor non impellit in tempestate: & oī tumultu caret inferiora vero fulminant: eo modo aius semp quetus in statione tranqlla collocat. Jō probat Sen̄. vbi. s̄. de cōstātia sapientis ꝙ sapiens nihil pōt perdere: eoꝙ oia bona sua insolido hēt content⁹ virtute q̄ fortuitis non indiget. Jō concludit: ꝙ nō pōt fieri iiuria sapiēti. Quod exemplo confirmat Megetam inquit Demetrius ceperat: & cū Seiphon phus esset interrogat⁹ vtrū aliqd perdiderit: nihil inqt oia eni mea mecū sūt: & tñ patrimoniū eius in predā cesserat: filios: hostis rapuerat patria i alienā dñationē puenerat & tñ vrbe capta: nō se victū s; indemnē testatus ē. Habebat. n. secū bona sua: & dissipata ac direpta non dicebat sua: sed aduenticia & nutū fortūe sequentia: Et iō nō vt propria dixerat. Et exemplificat ibi de aliis qui terribilia sustinerūt nec in eis defecerunt s; amplius profecerunt. ¶ Monēdi ergo sūt aduersa tollerantes: vt patienter sustineāt & considerent: ꝙ aduersitas vera bona non aufert: a malis & lasciuijs cohibet. a peccatis purgat & premia cumulat: maxie cum fidelis patienter sustinet ꝑpter deū. Sicut sacra scriptura testatur per totū: & sicut patet exemplis patrum. Judith. viij. pr̄ noster Abrahā temptat⁹ est. Seqt Sic Jsaac: sic Jacob: sic Moy-

fes ⁊ oẽs q placuerunt deo: per
multas tribulationes transiere fi
deles Unde Tob.xij. Quia acce
ptus eras deo: necesse fuit vt tẽ/
ptatio probaret te. Job.v. Beat⁹
q corripit a dño. Et.xij. Si impi
us fuero: vhe mihi est: ⁊ si iustus
nõ leuabo caput saturat⁹ aflictio
ne ⁊ miseria. Ecc.xxvij. In igne ꝓ
bat aurũ ⁊ argentũ ⁊c. Uasa figu
li probat fornax. Et Hebre.xij.
Quez diligit deus castigat. Et de
hoc Augu.i.de.ci.c.x. Sicut sub
A vno igne aurum rutilat: palea fu
mat: sub eadẽ tribula: stipula cõ/
minuit ⁊ frumẽta pregnant: simi
liter in ꝓlo oleũ a murca separat.
itẽ vna eadẽ vis irruens bonos
purgat: malos eliquat: dãnat: va
stat: ⁊ exterminat. Et de hoc mul
tum Greg.mor.xxvj. Super il/
lud Job.xxxv. Qui dat carmina
i nocte. Ubi ait. Nihil iniuste pa
timur. Carmẽ in nocte est: leticia
in tribulatione. Et Aug. ꝯtra fau
stum.xxij. Nullus hoïum sic iu/
stitia predit⁹ est cui nõ sit necessa
ria tẽptatio tribulationis: vel ad
B perficiendã virtutẽ: vel ꝯfirmã/
dam seu approbãdã. Et idẽ epl'a
xlvij.di.ꝙ tribulatio est ad humi
liationẽ superbie: ad probationez
patiẽtie ad ablationẽ culpe. ¶ Fi
delis ergo nõ debet grauari: nec
desperare de aduersitate vel tri/
bulatione. Cuz etiam de Salua
tore dicat Luc.vltimo. Oportuit
pati xp̄m.⁊c. Et cũ ipse dicat ele/
ctis suis: potestis bibere calicẽ quẽ
ego bibiturus sum. per calicẽ eni
perueniẽ ad maiestatẽ ⁊ per ama
rũ poculũ confessionis: ad gau/
dium salutis. ait Grego. sup euã
gelium li.ij.omel.iiij. Unde ele/
cti ab initio passi sũt aduersa. iob
iij. Frater fui draconum ⁊c. Ubi
mor. Greg. ait. Nullus perfect⁹
est qui inter mala proximorũ pa
tiens non est. Et exemplificat de
Abel ⁊ Caym: de filijs Noe de fi
lijs Isaac: de aplis. Et subdit.ꝙ
sicut in tritura grana paleis pre/
muntur. ⁊ inter spinas rose redo
lent: sic iusti premunt a malis: ⁊
tñ crescunt ⁊ redolent. Nõ igit ꝓ
speritatibus pollentes btificandi
sunt propter hoc: nec aduersa su
stinentes: miseri reputandi: etiaz
testimonio demonũ: ait Ual.lib.
vij.c.i.di.ꝙ cũ rex Giges regno
Lidie armis ⁊ diuitijs abundan
tissimo inflat⁹ animo Apolinem
Phitiũ sciscitatũ venisset. s. statu
am Apolinis in qua demon rñ/
sa dabat: an aliqs mortaliũ se essz
felicior: demon ex abdito sacrorũ
specu emissa voce Aglaum So
phidiũ sibi pretulit. Is erat Ar/
chadũ pauperimus: etate iã seni
or: terminos agelli sui nunqz ex/
cesserat: paruli ruris fructib⁹ con
tent⁹ ⁊ seqtur. Insolenter fulgore
fortune sue glorianti respondit: se
magis approbare securitate ridẽs
tuguriũ: qz tristẽ curis ⁊ sollicitudi
nibus aulam: paucasqz glebas

paꝛoꝛis expertes q̄ pinguiſſima
lidie arua: metu referta: ⁊ vnum
aut duo iuga bouū facilis tutele
q̄ exercit⁹ ⁊ eq̄tatus ⁊ arma vo
racitatib⁹ oneroſa: ⁊ vſus horeo
li nulli nimis appetendi. q̄ the/
ſauros. hominū inſidijs ⁊ cupidi
tatibus expoſitos. Itaq̄ Giges:
dū aſtipulatores vane opinionis
deum hēre cocupiuit: vbi naʒ ſo
lida ⁊ ſincera eſſet felicitas didicit
E hec ille. Si ergo demon dat teſti
moniū veritati: q̄ non in proſpe/
ritatib⁹ ⁊ affluentijs eſt felicitas
nec in pauptate ⁊ aduerſitate mi
ſeria: fideles non illas appetant:
nec de his glient inaniter: nec p
pter iſtas grauentur vel deſperēt
inordinabiliter. Melius eniʒ eſt
parum cuʒ timore domini q̄ the
ſauri magni ⁊ inſatiabiles prouer
uer. xv. c.

Octaua diſtinctio. De admoni tiōe hoīuʒ ſm dr̄ias ɔplexionuʒ

Capl'm. primū. De admōitio ne exiſtentiū in ſanitate.

F Similiter admonendi
ſunt hoīes ſm differē
tias complexionum:
Et primo admonen/
di ſūt exiſtentes in ſa
nitate: ne ipſa abutant: ⁊ fructuo
ſis operib⁹ exerceant: merita cu
mulent: ⁊ in celis premia theſau
rizent. Et de his Greg. vij. paſto
ralis. c. xxiij. Ubi ait. Admo/
nendi ſunt incolumes: vt ſaluteʒ
corporis exerceant ad ſaluteʒ mē
tis: ne ſi accepte incolumitatis gra
tiam ad vſum nequitie inclinent
dono deteriores fiant: ⁊ ne oppor/
tunitatē ſalutis promerende eua
cuent. prouer. v. Ne des alienis
honorē tuū ⁊ annos tuos crude
li ne forte impleāt extranei virib⁹
tuis. ⁊c. ps Fortitudinem meam
ad te cuſtodiam. Ecc. xi. Letare
iuuenis in adoleſcentia tua: ⁊ in
bonis ſit cor tuū in diebus iuuen
tutis tue. Ecc. xxv. Que in iuuen
tute tua no congregas quomodo
inuenies in ſenectute tua? Si
militer admonendi ſunt: ne ſani
tatē ſuā deſtruāt voluptatibus ⁊
laſciuijs gule ⁊ ebrietatibus: ⁊ ne G
ſint homicide ſui. Multos eniʒ
morbos multa fercula faciūt: ait
Señ. epl'a. xic. Et ibidem. Innu
merabiles eſſe morbos non mi
raberis. Coquos numera: Sed
antiquitus non fuit ita: q2 medici
na paucaꝝ ſcia fuit herbarū. At
poſt inuente ſunt mille conditu/
re quib⁹ auiditas excitaret: ⁊ que
deſiderantibus alimenta erant:
onera ſunt plenis. Inde pallor: ⁊
neruoruʒ vino madentiū tremor
⁊ miſerabilior ex cruditatib⁹ q̄
ex fame macies. Inde tormenta
oculoꝝ ⁊ auriū ⁊ innumerabiliū
febrium genera. Et ſic de alijs p
ut enumerat ibi bñ. Ecc. xxxvij. H
Propter crapulam. multi perie
runt. Qui aūt abſtinens eſt addi
ciet vitam. Et ibi in multis cibis
erit infirmitas.

¶ Capitulum secundum. De informatione existentium in infirmitate.

Contrario sunt admonendi infirmi: vt eoipso se filios dei sentiant: quo eos flagello discipline castigat. ꝑuer. iij. Ne fatigeris: cũ a deo corripe

I ris. Et. ii. Liuor vulneris absterget mala: ꝑut expõit Greg. istas auctoritates vbi. s. Sunt igit admonendi de patiẽtie longanimitate: de gratiarũ actiõe saluatri in castigatione filiali. vt enim legit in vitis patrum li. iij. pte. vij. de quodam fratre q dicebat. Si infirmitas nobis molesta fuerit non con

K tristemur: qꝛ non possumus stare ad orandum ꝛ psallendũ. hec enim oia ad destruenda corporis desideria sũt. Seqtur. Sicut magno ꝛ forti medicamine egritudo. s. corporis curatur: sic egritudine corporis: vitia aie rescinduntur. Et hec est magna virtus qñ in infirmitate tollerantia est: ꝛ gratiaꝝ actiones mittunt ad deum. Si amittimus oculos: non feramus grauiter: excellentie eni instrumentũ amittimus: ꝛ sic de aliis. Et si infirmitas totuz corpꝰ tenet in iteriori hoie charitas crescat. Cui concordat quod legit li.

L iiij. hystorie tripartite de btõ Antonio alloquente Didimũ: q cuz esset paruulus: occulos amiserat cui deus ꝑ corporalibꝰ spũales dedit. Regulas enim grãmatice ꝛ rhetorice didicit ꝛ alias sciãs: nouum ac vetus testm̃ cognouit ꝛ libros edidit. Cui fert antoniꝰ dixisse. Nũ te ꝯturbet amissio oculorum sensibilium. Tales eniz tibi d sunt quibus musce ꝛ pulices carere possunt. Sed gaude potiꝰ qm̃ tales hẽs quibus angeli cognoscuntur: ꝛ deus inspicit. Itez Hiero. epl'a. lxvj. Non doleas si non habes qd formice: musce ꝛ serpentes habent. s. oculos carnales. sed illum te habere letare de

O quo Cant. iiij. Vulnerasti me in vno oculoꝝ tuoꝝ. Idem ait epl'a lxxvj. repetens dcm̃ Antonij ad Didimum. Et sicut fidelis nõ debet grauari: sed patiẽter sustinere amissionẽ occulorũ: sic ꝛ alias infirmitates. Unde ꝛ sancti reputabant: se in infirmitatibus a domino visitari. Sic legit in vitis patrum. li. iij. pte. vij. de quodam sene qui frequenter egrotabat. Contigit aũt: eum vno anno nõ egrotari. Et affligebat plorãs ꝛ dicẽs

P Dereliquit me deus: ꝛ nõ visitauit me. qꝛ. s. non fuerat infirmus ¶ Similiter sancti volebãt esse semper infirmi ad sui emẽdationem. Unde in vitis patrum pte i. dr de fratre q noluit comedere in infirmitate di. qꝛ volebat esse in ipa ifirmitate per tres annos vt ampliꝰ mereret. Infirmi eniz gratias agentes deo sunt honorabiles apud deum. Unde in vitis patrum vbi. s. habetur: de ab

bate q̄ dixit tres ordines eſſe honorabiles in cōſpectu dei. Primus qñ homo infirmat᷑: ⁊ adducunt᷑ ei temptationes: quas cum gratiarū actione ſuſcipit. Secundus cū homo oīa opera ſua mūda facit corā deo nihil habēs humanū. Tertius qñ aliqs ſedens in ſubiectione patris ſpūalis: oībus ꝓprijs renuntiat volūtatib⁹. Et parte.iiij. dixit ſenex: ꝙ ſi ſint tres ſimul: ex qbus vnus bñ qeſcat: alius īfirmet᷑: ⁊ gratias agat: tertius eis miſtret cuꝫ ſincera volūtate: hi tres ſimul: velut vnius operis ſunt. Egroti ergo ſic ſuſtinentes immiſſam egritudinem: ⁊ gratias agentes ſūt honorabiles apud deum. Unde legit᷑ in vitis patrum parte.vij. vbi.ſ. ꝙ deus miſſit angelum ad miniſtrandū ſeruo infirmo non hñti q̄ miſtraret ſibi. Merito igit᷑ egri debent patiēter ſuſtinere infirmitates ob dictas vtilitates. ¶ Sunt etiā admonendi: vt preparent corda ſua deo ad inhabitandū ⁊ tranſeundum cuꝫ eo in regnū ſuū. Luce. xij. Beatus ſeruus quem cū venerit dñs ⁊c. Ubi Grego. Uenit dñs cum ad iudicādū properat pulſat ꝟo: cum per egritudīs moleſtias: mortem vicinam denuntiat. Cui confeſtim aperimus: ſi hunc cum amore ſuſcipim⁹. ⁊ ſic infirmi corpore ſunt admonēdi: ꝙ infirment᷑ mente per verā humilitatē. De qua ps̄. Pluiaꝫ voluntariā ſeggregabis deus.i. celeſtem grāꝫ. Et infirmitas eſt. deſſiciendo in ſe per humilitatē: ⁊ deſperando de viribus proprijs: vt eum amplius deus ꝯfirmet. Nā virtus in infirmitate perficitur. i. cor. xij. Seqtur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis ſ. mentis ⁊ corporis: modo dicto vt inhabitet in me virtus xp̄i. Licet igit᷑ alijs varijs modis poſſint hoīes admoneri qꝫ tamē de illis Gregorius. ij. paſtoralis ſufficienter tractat, hec ad preſens ſufficiant.

¶ Quarta pars principalis. De republica eccliaſtica.

¶ Prima diſtinctio. De clericis in communi.

¶ Caplm̄ primū. Que ſunt mēbra reipublice eccleſiaſtice.

p Remiſſis varijs auctoritatibus: narrationibus ⁊ exemplis: ex qbus euangelicus ꝑdicator habere pōt occaſionem inſtruendi hoīes illiteratos ⁊ coſerendi: cum eis hedificauerit ſm̄ diuerſitatē dignitatuꝫ graduū: ſiue ſtatuum: ⁊ miniſtrorum: ſiue q̄ꝫtum ad conditiones eorū abſolutas ⁊ proprias ſeu diſtinctas: vt in prima ꝑte: ſiue q̄ꝫtum ad mutuas colligationes: vt in.ij. ſiue q̄ꝫtū ad cōmunes conditiones ſingulis vt in.iij. in hac iiij. parte: ſūmo magiſtro dirigente colligant᷑ auctoritates narratio

nes ⁊ ex qbus predicator aposto
licus amplius potest habere oc-
casionem informandi hoies litte
ratos ⁊ eccliasticos: ⁊ vtiliter con
ferendi cum eis. Et qr ex talibus
R ꝑsonis consistit respublica ⁊ eccle
siastica: cui⁹ caput est sūmus pō
tifex. ꝓut ait Hugo. ij. d̓ sacramē
tis. ꝑte. ij. c. iiij. di. ꝙ spūalis ptãs
caput habet sūmū pontificē: ipi
sūmo pontifici pñt adaptari que
dicta sunt supra ꝑte prima de ca-
pite reipublice ciuilis. s. de princi
pe: ⁊ eo excellentius ⁊ perfectius
quo ipse sūmus pontifex: caput ē
oiuz. Et ea que dicta sunt de ocu-
lis: auribus: corde: manib⁹ ac pe
dibus possunt adaptari mem-
bris reipublice ecclesiastice: ⁊ eo
similiter sublimius ⁊ perfectius
quo ptãs eorū est sublimior ⁊ per
fectior. vt enim ait Hugo. vbi. s̄.
S spūalis potestas: terrenā institue
re hēt vt sit: ⁊ eam iudicare si bo-
na non sit. Et tāto dignior est ꝗ̄
terrena ꝗ̄to spūs ꝗ̄ corpus ⁊ ꝓ-
or est tempore: ⁊ dignitate maior
ait ibidem. Sed qm̄ perscrutator
maiestatis opprimet a gloria. ꝓ-
uer. xxv. tāꝗ̄ inscius ⁊ inexpert⁹
nō presumo describere quales de
beant esse sūmus pontifex: ⁊ sū-
mi prelati post eum. Quales tñ
esse debent describit bene Ber. i
libris. suis ad Eugeniū. Et lz sit
vnū caput ecclie. s. sūmus ponti-
fex. qr tñ qlibet episcopus dioce-
sanus est ad modū capitis in sua
diocesi: nūc videndum est qua-
lis debet esse episcopus: ⁊ quales
clici sub eo debeant esse: ex qbus
respublica eccliastica cōstituitur:
incipiendo. s. ab inferiori: vidēdo
primo quales esse debent clerici:
deide quales epi q ex illis eligūt.
¶ Potest igit̄ epūs adaptari capi
ti. Archidiaconi qui imperāt sub
diaconis ⁊ leuitis: ad quorū curā
pertinet parochiarum ordinatio:
ꝓut ait Hugo de sacris. li. iij. ꝑte
iij. c. xvj. vbi de officio archidia-
coni. Adaptari possunt aurib⁹ ⁊
oculis. Judices cōstituti in repu
blica ecclesiastica. ⁊ oratores pos
sunt adaptari ori. Canonici ꝗ̄o q̄
rum ē eligere episcopū ⁊ episco-
pi consiliarij adaptantur cordi.
Officiales ⁊ Decani ecclesiam
protegentes adaptant̄ manibus.
Sacerdotes ꝟo parochiales: ⁊ ꝑ
sone ecclesiastice in ecclijs residē
tes pedibus congrue adaptātur.
Et his oibus cōgruūt que dicta
sunt superius ꝑte prima de mē-
bris reipublice ciuilis: ⁊ modo ꝑ
fectiori ⁊ spūaliori. cū ipsi sint spi
ritualiores ⁊ perfectiores. Sed ibi
inceptū est a capite ratione digni
tatis. ⁊ qr de nobiliori genere cō
sueuit esse princeps ꝗ̄ papa: ⁊ ex
successione vt sepe debet principa
tus: iō ibi processum est descen-
dendo a capite ad membra tan-
ꝗ̄ a digniori. hic aūt econuerso.
¶ Caplm̄ secunduz. De clericis
in cōmuni: ⁊ quales esse debent
de signo

esse debēt ꝛ de signo clericali qđ
est corona.
Aueant igit̄ clerici ꝛ ad-
c uertant se defferre in ca
pite signum regium: suo
X nomine profiteri diuinū ministe-
rium: ꝛ sua tonsura testificari: se
esse contemplatores diuinorum
secretorum: ne .s. seruiant peccat̄:
ꝛ conculcent a Sathana: ꝛ absor
beantur a secularibus negotijs ꝛ
causis ne đ eis verificetur illud
tren. iiij. Qui nutriebant̄ in croce
is amplexati sunt stercora. Tōsu
re autem ecclīastice vsus a naza
Y reis ortus esse putat̄: q prius cri-
ne seruato: deinde ob vite conti-
nentiā caput radebāt: ꝛ capillos
i igne sacrificij ponebāt. numeri
vi. prout di. Hugo vbi. s̄. c. ij. Et
hoc signo: vitia in eorum corde
ꝛ opere pullulantia prescindenda
dicebantur: ait ibidem. Magna
ergo diligentia debent statutū su
um clerici custodire modo dicto
Multum eni indecens est si co
rona regia sit corona superbie: vl̄
si sit corona arrogantie: quā con
fringet dominus ibidē. vel si sit
Z coma vel corona iactantie: cum
clerici prohibeantur nutrire co-
mam. i. cor. vij. vir si comā nutri
at: ignominia est illi. vel si circū-
ponantur ornamenta lasciuie vl̄
luxurie: que etiam mulierib⁹ pro
hibentur. i. Pe. iij. Quarum sci
licet mulierum: non sit extrinsec⁹
capillatura aut circundatio auri.

ꝛc. In magno honore debēt ser-
uare capita sua: in quib⁹ eminet
regale decus: vt dictum est. s̄.

¶ Capitulū. iij. De septē gradib⁹
clericoꝝ. Et primo de hostiarijs.

Oꝛuz autem. septē sunt
b gradus siue ꝓmotiones
graduū: quibus ꝑ spūa
lez potestatem alti⁹ semꝑ ad sa-
cra tractanda ascendit clericus si
ue ecclīastic⁹: ait Hugo. vbi. s̄.
Primus autem gradus est ho-
stiariorum: quoꝝ officiū est. cla- A
ues ecclesie deferre: eam claude-
re: ꝛ aperire horis competenti-
bus sicut templū dei: que inter-
sunt custodire: fideles recipere:
excōicatos eicere. hoc officio di-
gnatus est dn̄s vti: quando ven
dentes ꝛ ementes de templo eie
cit Math. xxi. ꝛ Jo. ij. Ipse etiā
de se ait. Jo. x. Ego sum hostiū.
hoc enim offm̄ excellens est digni
tate: ideo exercendum cum dili-
gentia ꝛ sollicitudine.

¶ Capitulum quartum. De se-
cundo gradu scilicet lectorum.

Secūdus gradus est lec-
f torum: qui verbum dei
annūciant. ꝛ ideo debēt
eē scientia ꝑditi: vt intelligāt sen
sum eoꝝ que legūt: vel accentuū
in pronunciatione rōnem agno
scant: distincte legant: ne ꝯfusio-
ne pronunciationis: intellectum
auditoribus tollant. Considerēt B
qđ sit indicatiue legendum: qđ
interrogatiue ꝓnunciandum. et

p

vox letoris: auribus & corde considerari debet non oculis: ne motu vel gestu indisciplinato: spectatores potiꝰ ꝙ lectores seipsos faciant. Cum aũt hi ordinãtur: de vita eoꝝ fide & ingenio episcopꝰ ad populum verbũ facit. & vidente populo: ab eo codex eis tradit
C & dicitur. Accipite: & estote verbi dei delatores: hi habent potestatem recitandi propheticas & apostolicas lectiones: vt ait Hugo vbi.s̃.c.vi. loquens de his omnibus. hoc officium est excellẽs dignitate. Si enim magne est dignitatis habere potestatem recitandiꝰ victorias regum coraz magnatibus eorum: multo maioris ẽ dignitatis recitare laudes & victorias regis eterni. Et si recitato
D res laudum & victoriarum regis terreni recitant cum diligentia & sollicitudnie multo magis isti facere debent. hoc officio dignatus est dominꝰ vti quãdo in medio seniorum librum Isaie prophete legit. di. Spũs dñi sup me Luce.iiij. Ex quo datur intelligi ait Hugo: ꝙ gratia spirituali clarere debet q verbũ dei annũciat.

¶ Capitulum.v. De tertio gradu scilicet exorcistarum.

t Ertius gradus est exorcistaꝝ qui habẽt speciale imperiũ super spũs imũdos: vt eos eiciant de corporibꝰ hi librum accipiũt de manu epi cum ordinant. De quibus.i.cor. xij. Nunqd omnes: donationes habent sanationum? hoc offitio vti dominus dignatus est qñ tetigit manu aures & linguam surdi & muti. di. Effeta: qd ẽ adaperire: Mat.vij. Similiter hoc officiũ exercuit quando d̃ Magdalena septẽ demonia eiecit. Marci.xiiij. Istud ergo offiñ excellit
I potestate magna. Ideo cauẽdũ est talibꝰ: ne imundus spũs habitet in cordibus eoꝝ quoꝝ est illuz expellere de corporibꝰ alioꝝ.

¶ Capitulũ.vi. De quarto gradu scilicet acolitorum.

q Uartus gradus est acolitoꝝ: qui latine ceroferarij dicũt: q accensos cereos defferunt dũ legitur euangelium & offertur sacrificiuz. Et hoc ideo: non vt tenebras aeris illuminẽt: sed vt sicut visibile lumẽ manibus gestant: ita bonis operibus suis proximis lumen ostendant: & errantibꝰ in tenebris du
K catum prebeant: hoc offiñ dominus se habere testatus est: quãdo ait. Jo.viij. Ego sum lux mũdi. Quiꝰ sequit me non ambulatꝰ in tenebris: ait Hugo vbi.s̃.c.viij.

¶ Capitulũ.vij. De quinto gradu scilicet subdiaconorum.

q Uintus gradus est subdiaconoruz: quoꝝ offiñ est: oblatiões ponere in
L altari pallas & substratoria lauare vasa sacra tractare: circa altare ministrare. Quibꝰ dicitur. Isai.51.

Mūdamini q fertis vasa dn̄i. hoc officio dignatus est dn̄s vti: quādo linteo se precinxit: et lauit pedes discipulorum. Jo.xiij. Magna ergo dignitas huius officij. Si enim excellentis dignitatis est pparare linteamina regia: et sub eo stare: lectū parare et sibi in mēsa ministrare: multo maior dignitas ē: pallas et substratoria sacra lauare: tractare et preparare sub corpore domini: et ante ipsum in altari ministrare. Ideo multū necesse est talibus: vt sint mūdi: puri: et sancti. Propterea placuit sanctis patribus: vt qui tales ministeria sacra tractant: legem ptinētie obseruent: ait Hugo vbi.s.c.ix.

I

¶ Capitulum.viij. De sexto gradu scilicet diaconorū

Sextus ordo est diaconorū. Et merito sextus propter senarij numeri perfectionem. Horum officiū est ministrare in omnibus que agunt in sacramētis inferre disponere oblationes in altari cōponere: mensam dn̄i et vestire: crucem ferre: pdicare: ad orandū populū hortari: et ad flectēda genua et pacē dn̄i annūciare. H offō dn̄s vsus ē qn̄ ppriis mānib' sacra pfecta discipulos inuitauit. Mat.xxvi. Uigilate et orate. Hi debēt eē pleni spū septiformi: put legit i figura actu. vij vbi habet: q apostoli elegerunt septem viros boni testimonii plenos spiritu sancto. Et debēt esse ab oīb' sordib' mūdi et vtutib' pditi: put dicit.i.thimo.iij. Diacones igt pudicos nō bilingues nō vinolētos nō turpe lucrū sectātes. Debēt ēt eē cōstātes et firmi. Jō ait domin' ad Moysen q leuite seruirent in tabernaculo a viginti ānis et supra. Quia hec etas robusta est ad onera portandi. vnde et super sinistrum humerum stola imponitur. Et successores apostolorum docuerunt: vt in matrice ecclesia: septem diacones circa aram assisterent: tanq̄ septem colūbe altaris. Jn quo signatur: q debēt fulgere spiritu septiformi. Jsti sunt septem candelabra aurea Apoc.i. et septē angeli tuba canentes Apoc.vij. his imponitur orariū.i. stola super sinistrum humerum: vt sciant: se accepisse iugum domini ad tolerāda sinistra et aduersa. Et accipiūt textum euangeliorum de manu epī: ait Hugo vbi.s.c.x. Eminēs ergo est hoc officium dignitate: iō necessitas habende sanctimonie.

K

L

M

¶ Capitulum.ix. De septimo gradu scilicet presbyterorum.

Septim' ordo est presbyterorum: q seniores interpretant. Jsti sunt successores et vicarij septuaginta discipulorum: sicut et episcopi successores apostolorum. horum officium est sacramentū corporis dn̄i in altari cōficere: orationes dice

re:benedicere dona dei. hoc offi
cio domin⁹ v sus est quando post
N cenam: panem ⁊ vinũ in corp⁹ ⁊
sanguinem suuz mutauit Mat.
xxvi. hoc ipsuz excellenter offim
implẽs exhibuit: quando ipse sa
cerdos ⁊ hostia in ara crucis se
obtulit. Horũq₃ officium est sa-
cramenta dispensare: verbum in
ecclesia facere baptiçare: delin-
quentes ad penitentiam vocare:
⁊ orationũ suaꝝ medicatione fo
uere: ait Hugo vbi.s̄.c.xi. Q̄ ex
cellens autez est sacerdotale offi
cium dignitate ⁊ q̄ excellẽtes sa
cerdotes esse debeant sanctitate:
patet ex dictis. Quales aũt eẽ de
O bent: ait Apo.i.thi.di. Cõstitues
per ciuitates presbyteros. Sequi
tur. Si quis sine crimine est. Et
post. Episcopũ o₃ sine crimine
esse: non iracũdum: ⁊ sic de alijs
vbi sub nomie epi: presbyteri in-
telliguntur: ait Hugo vbi.s̄. Jõ
inquit Apo. ad thimoteũ tradẽs
de ordine episcopi ⁊ diaconi: ⁊ ta
cito de presbyteris reliquit eos in
telligendos sub nomine epoꝝ:
asserens: eos tales esse debere q̄-
les epos. vnde ⁊ qñ presbyteri or
dinantur: epus ponens man⁹ su-
per capita eoꝝ inuocat super eos
spiritũ scũm: ⁊ manus inungunt
vt cognoscant se accipere gratiã
consecrãdi: ⁊ opera misericordie
exercẽdi. t E super vtrũq₃ hume
rum stolã accipiunt: vt intelligãt:
se ministros esse dei per arma iu
stitie a dextris ⁊ a sinistris. vt eos
nec aduersa frangãt: nec ꝓspera
extollant: ait Hugo vbi.s̄. Et de
his gradibus decretoꝝ di.xxv.
¶ Ex dictis patet quales esse de
beãt clici ⁊ ecclīastici: omnes.n.
in quocũq₃ sint gradu vel ordie
debent esse sanctitate immacula
ti ⁊ puri: ex quo sunt ministri sal-
uatoris ⁊ creatoris. De ipsis eni₃
specialiter dicitur. leuiti.xxi. san-
cti erunt deo suo. Sequitur. Qui
habuerit maculam: non offerat
pães deo suo: nec accedat ad mi
nisterium eius si cecus fuerit vel
claudus. Super qd̄ Gre. pasto.
xx.c.xi. Cecus est: qui supne cõ-
templationis lumẽ ignorat: clau
dus: qui viam vite tenere nõ va
let. Et sic de alijs: ꝓut ibi expõit
bene. Jõ Jsai.5I. Mũdamini
qui fertis vasa domini. ¶ Jtem
ex dictis patet q̄ debẽt esse orna
ti decore virtutum. Si enim oẽs
fideles debent abijcere opera te-
nebrarũ: ⁊ induere arma lucis:
ꝓut hortať Aposto.ro.xij. mlto
amplius ministri dei sibi seruien
tes in templo santo suo. Jn cui⁹
figura in indumentis mundis ⁊
pulchris ministrabãt in templo
legali. Ps. Sacerdotes tui induã
tur iustitiam. Omnes enim fide
les dicunť sacerdotes: q₂ mẽbra
xpi. summi sacerdotis: ait Aug.
xx. de ci.c.xi. multo magis ergo
ministri eius dicunť sacerdotes.
¶ Secunda distinctio. De per-

fectione clericorum q̃les eẽ debẽt
¶ Capitulũ primũ. Qđ debent
esse scientia prediti.
Tem ex predictis pa-
tet: q clerici debẽt eẽ
S i scientia prediti celesti
ait Hugo vbi.s̃.c.i.
Clericus inquit secre
torum dei non debet esse ignarꝰ
q: dei nuncius est ad populũ. vñ
⁊ lectores qui sunt in infimo or-
dine debent habere sensum eo-
rum que legunt: vt habitum est
supra: ne dicat' eis. Isai.lv. Spe
culatores eius. ceci.
¶ Caplm.ij. Qđ clici sint mori
bus ornati.
Tem debẽt esse morum
i grauitate maturi absq
leuitate corporali: ex quo
sunt mistri ⁊ laudatores dei ps.
In populo graui laudabo te. vñ
T ⁊ Ambro.ij. de offi. de se loquẽs
meministis inquit quendã ami-
cũ cum sedulis videretur se cõ-
mendare officijs. hoc solo tamẽ
a me in clericũ nõ receptũ: q ge
stus eius dedecerent plurimum.
Et ibi de alio. Alterũ aũt cum in
clero reperissez meministis: me
V dicere ei. ne vnq̃ piret:; q: velut
quidam insolens scilicet incessus
v̄bere oculos meos feriret. Nec
fefellit sentẽtia. vterq enim ab ec-
clesia recessit. Leuitas enim secu
laris: gestus histrionicus: ⁊ vesti
tus curiosus ampliꝰ inhonorant
clicum q̃ honorant. De quibus

Hierony. ad Eustochiũ. epistola
lxxxiiij. Sunt aliqui de ordine no
stro homines: qui iđ ad presbyte X
ratũ ⁊ diaconatũ ambiũt: vt mu
lieres licentius videant. Omni-
bus his cura de vestibus: si bene
oleant: si pes laxa pelle non folle
at: crines calamistri vestigio ro-
tant: digiti anulis radiant. Seq-
tur. Tales cum videris: sponsos
estimato non clericos. Et de isor
matione clericoꝝ: quales esse de
bent Hiero. sufficienter epistola
xxxiiij. ad Nepotianum: de vita
⁊ honestate clericoꝝ. vbi instruit
clericos multipliciter dehortan-
do que eis discõuenientia sunt: ⁊
hortãdo vtilia. Quos specialiter
monet: vt sint frugalitate sobrij.
Vbi ait. Nunq̃ vino redoleas ne Y
audias illđ phi. hoc nõ est oscu-
lum porrigere: sed poculum ꝓpi
nare: loquens de vinolento q si-
bi porrexerat osculum. vinolẽtos
enim sacerdotes damnat Apo.
i.thi.i. ⁊ vetus lex ꝓhibet Leui.
x. Et ibidez Hierony. Conuiuia
tibi sunt vitanda secularium. Et
ibi bene de hoc.
¶ Caplm.iij. Qđ clerici sint ca-
stitate puri.
Tem monet eos: vt sint
i castitate puri: ⁊ a mulie-
rum consortio segregati.
vnde ait. Hospitiolũ tuum aut
nunq̃ aut raro mulierum pedes
tereant. Sequitur. Ne sub eodẽ
tecto mãseris: nec in preterita ca Z

ſtitate ↄfidas:q₂ nec Dauid ſan/
ctior: nec Sanſone fortior: nec
Salomone potes eſſe ſapientior
Qui tamen lapſi ſunt per mulie
A res. Et idem epl'a.xli.ad Occea/
num de vita clericoꝝ.prima in
quit temptamenta ſunt clericorū
frequēs feminaꝝ acceſſus. Iſti/
uſmodi ſexus reprehēſibiles ex/
hibet clicos. Quid tibi cuꝫ femi
nis qui cuꝫ domino ad altare fa/
bularis. Et ibidem. feminaꝝ cuꝫ
clicis nullo pacto ↄiūcta permit
titur conuerſatio. Ianua diaboli
via iniquitatis: ſcorpiōis pcuſſio
nociuūq₃ genus femina cum ꝓ/
ximat. Stipula incendit ignem.
Flāmigero igne femina percutit
ↄſcientiaꝫ pariter habitantis: exu
ritq₃ fundamenta montiuꝫ. Ego
iudico: ſi cum viris femine habi/
tent: non deerit viſcariū diaboli.
Ex his aucupatum eſt ab initio
peccatum. Ferreas mētes libido
domat. Nūquid abſcōdere pōt
hō ignem in ſinu ſuo: ⁊ veſtimē
ta illius non ardeant: prouer.vi.
Mihi inquit crede. Non poteſt
toto corde cum dn̄o habitare: q
feminarum acceſſibus copulat'.
Thamar eniꝫ a ſr̄e corrupta ē.ij.
R.xiij.c. ⁊ Tecla poſt pauonis tē
ptationem Anthiochie cū paulo
pergere pariter ꝓhibet'. hec Hie
ro. Miro enim modo antiq pa
B tres fugiebant conſortia mulieꝝ
⁊ cohabitationem. Sicut recitat
Grego.ix. Regiſtri di. ꝙ beatus

Augu. nec cum ſorore habitare
conſenſit. di. Que cū ſorore mea
ſunt: ſorores mee non ſunt. Naꝫ
diabolus per mulieres tēptat iu/
giter ſanctos viros. Iob.ij. Dixit
ei vxor ſua ⁊c. vbi Grego.mor.
ij. Cor mulieris tenuit hoſtis q̄/
ſi ſcalaꝫ: qua ad cor viri aſcende
re potuiſſet. hm̄ōi exemplū patet
iij.dial'.c.vii. de Andrea epiſco/
po fundenſi: in cuius domo ha/
bitabat ſanctimonialis queꝫ im/
pugnauit diabolus multis anniſ
tēptādo de illa. Qui tandē alapā
vnam ſuper humeruꝫ mulieris
dedit. Qd fuit reuelatum in con
ſilio demonū coram iudeo. Qui
reuelationeꝫ ep̄o indicauit vt pe
niteret: ſicut patet ibi. Et in vitis
patruꝫ li.iij.pte.v. habetur ꝙ de/
mones oñderūt mulieres mona
cho iuueni de nocte. Quas po/
ſtea cuꝫ vidiſſet: q̄ſiuit: que eēnt
ille. Cui ait ſenex: ꝙ erant mona
chi de ſeculo. Et ſimiliter pte ſe/
cunda. ait ſenex. eamus in ſolitu
dinem vbi non eſt mulier. Et ibi
dem. orauit Arſenius vt de' dele
ret de corde ſuo memoriam mu
lieris que rogabat eum: vt oraret
pro ea. Et parte ſecunda de ſene
qui noluit videre mulieres. Qui
requiſitus q̄re: rn̄dit. Cogitatio/
nes ſunt ſicut pictores inquietā/
tes ex cōmemoratione reruꝫ vi
ſaruꝫ. Et parte quarta. de quodā
qui matrem ſuaꝫ alloq noluit ni
ſi oculis clauſis. Et de alio q no

luit tangere carnē matris dicēs q caro mulieris ignis est. Et dia logorū.iiij. ait presbyter moriēs illi que fuerat vxor sua. Recede mulier: igniculus adhuc viget: tolle paleā. Si igitur sancti patres afflicti et extenuati ieiunijs sic fugiebant consortia mulierū. Quanto magis clerici iuuenes bulientes libidinis ardoribus et voluptatibus vt enim ait Hiero. epla.xcviij. Non ethnei ignes non vulcana tellus. nō viscus et olympus tātis ardoribus estuāt: vt iuueniles medulle vino plene et inflāmate. Si
E enī pfectus edixit: ne qs minus qui qnginta ānos habēs hospitio matris familias vteret. et si mulieres expelluntur de castris militum: vt habitū est.s.parte prima: quanto magis prelatus ecclesiasticus debet esse sollicitus: ne sit suspitiosa cohabitatio clericorū et mulierū: Et de hoc decretorum di.xxxij. interdixit: q mulieres non debent habitare cū clericis. Nec debēt frequētare clerici domos mulierum vel virginum: aut cohabitare di.xxxiiij. Clericus solus. et cōtra concubinarios di.xxxij. et.xxxiiij.

¶ Capitulū.iiij. Quod clerici sint ab auaritia liberi.

Item monet btūs Hieronimus in pdicta episto
I la clericos: q auaritia cauenda: et de largitate munifica. vnde epistola. xxxiiij. Obsecro itaq: et iterū atq iterum repetēs moneo: ne affectū clericatus: genus antique militie putes: nec lucra seculi in xpi militia qras: nec plus habeas q qn clericus esse cepisti. Sequit. Procuratores atq dispensatores domorū alienarum: clerici quomodo eē possunt:
F qui proprias iubent contemnere facultates. Amico rape quicq: furtū est: ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accepisse aliqd erogādū pauperibus et esurientibus aper-
G tissimi sceleris est: aliqd inde subtrahere omniū predonū crudelitatē superat. Et post. Ille est optimus dispensator qui nihil sibi reseruat et de his decretorum di. xliiij. hospitalitatē. de qua dicetur i. vbi de epo.

¶ Capitulū.v. Quod clerici sint a secularibus negotijs expediti.

Item monet Hiero. in
I dictis epistolis: q clerici sint a negotijs secularibus sequestrati: et diuinis ministerijs ac vsibus mācipati. vnde dicta epistola ait. q clericus est sors domini. i. possessio. vt habitum est. vnde ait ibi. Negociato
H rem clericum quasi quandā pestem fuge. Sequitur cōuiuia secularia tibi vitanda. Et post. Facile contemnitur clericus qui sepe vocatus ad cōuiuium non recusat. Et Gre. de his bene in registro. et decretorum. di.lxxxviij. of. q clerici no debent super se negocia secularia assumere nec negociato-

res esse. Et qꝛ de vita ⁊ honestate
clericorū sufficienter tractat Hie
ro. in dictis epistolis: ⁊ similiter li
bro. iij. decretaliuȝ a principio. ⁊
post. hec in cōi sufficiant de cleri
corum siue ecclíasticorum condi
tionibus.

¶ Capl'ȝ. vi. Quales esse debēt
sacerdotes.

Onsequenter videnduȝ
C est qualiter admonendi
sunt sacerdotes specialr̄.
Qui q̄nto eminentiores sunt di
gnitate ordinis: tanto esse debēt
eminentiores excellētia virtutis.
I Sacerdos enim dr̄ a sacrifican
do: ait Isido. libro. vij. c. xxij. Et
Greg. in pastorali. c. xvi. Sacer
dotes dicuntur qui vt sacrū du
catuȝ prebeant presunt. Et Ber.
ad Eugenium lib. iiij. Sacerdo
tes ceteris honestiores sunt: aut
fabula. vnde ⁊ apud gentiles sa
cerdotes siue flāmines i magno
erant honore ⁊ vite austeritate.
K Ait Plato in thimeo. li. i. ꝙ apd̄
Athenień. predicti sacerdotes se
parati a cetero populo ꝯueniebāt
ne aliqua prophana contagione
eoꝝ castitas fedaretur. Et Seń.
primo de clementia dicit: ꝙ a sa
cerdotio repellebantur apud gen
tiles captiue: ꝓstitute: ⁊ homici
de. hee aūt non poterāt petere sa
cerdotiū: qꝛ sacerdos debet eē ca
L sta cū castis: pura cū puris. Lo
quitur enim de virginibus mini
strātibus in sacris ipsi dee veste:

vel alteri demonio. vñ ait. Indi
gnū sacerdotio dicerem q̄ transi
ret ꝑ lupanar. Et de hoc Hiero.
ꝯ Iouinianum. Cremon inquit
stoycus vir eloquentissim⁹ de vi
ta sacerdotum antiquorum nar
rās ait: ꝙ omnib⁹ ꝑpositis nego
tijs semꝑ in templo fuerūt: ⁊ re
rum naturas cāsq̄ȝ ac syderū ra
tiones cōtemplati sunt. Nunq̄ȝ M
se mulieribus miscuerūt. Nūq̄ȝ
cognatos propinquos ac liberos
viderūt ex eo tempore quo cepe
runt diuino cultui deseruire. Car
nibus ⁊ vino se semper abstinue
runt propter tenuitatem sensus ⁊
vertiginē capitis quam ex paruo
cibo patiebantur maxime ꝓpter
appetitus libidinis qui ex cibis
nascuntur. Pane raro vescebā N
tur ne onerarent stomachū. Et
si quando comederent: tonsū hi
sopum pariter sumebant in cibū
vt escam graviorē: illi⁹ calore de
coquerent. Oleum tantū in ole
ribus nouerunt. verum ⁊ ipsum
parum propter nauseā ⁊ aspitatē
gustus leniendam. Quid loquar
inquit de volatilibus: cū oua quo
q̄ȝ ⁊ lac ꝓ carnib⁹ vitarēt: Quoꝝ
alterum: carnes liquidas: alterū
sanguinem: colore mutato eē di
cebant. Cubile eoꝝ de folijs pal
marum quas balas vocant ꝯte
xtum erat scabello: accliue: ⁊ ex
vna parte obliquuȝ. ꝓ puluillo
lapidem capiti supponebant: bi
dui triduiq̄ȝ inediam sustinentes

humores capitis qui nascunt ex otio ex mãsione vni⁹ loci nimia victus maceratione siccabant. h
O ibi. Sequitur Euripides: in Creta Iouis pphas non solum carnibus: sed etiam coctis cibis abstinuisse r̃fert. Ibidẽ recitat Hiero. v̓ba Iosephi. li. ij. c. xviij. De phariseis: seductis: ⁊ etheis: quo
M rum nouissimos multis efferre preconijs. ꝙ scilicet vxoribus ⁊ vino semper abstinuerũt: ⁊ quottidianũ ꝯterunt ieiuniuz in nãz. Ibidem etiaz narrat: ꝙ Cautes ⁊ Asclepides aiunt: etate q̃ Pi/
P gmalion regnabat in oriente esũ carniũ non fuisse. Et ibidem Eubolus narrat: apud persas tria magorum genera fuisse. quorum
N primos qui erãt doctissimi ⁊ eloquentissimi: excepta farina ⁊ olere: nihil sumere. Et ibidẽ: ꝙ apd Helcusinam volucribus ⁊ piscibus ⁊ quibusdaz pomis abstinere: solemne scilicet fuit. Ibidem similiter dicitur: ꝙ Berdesanes apud indos gimnosophistas diuidit quorũ vnuz dicit Bragmanos: alterum Samoneos: qui tãte continentie sunt: vt vel pomis arborum: vel punico cortice: vel farine alantur cibo. Et cũ rex ad eos venerit adorare eos solit⁹ sit pacẽq; sue ꝓuintie in eoruz preci
Q bus arbitrari. Si ergo flamines gẽtiles siue sacerdotes in suis superstitiosis cultibus ⁊ ritib⁹ Sathane seruientes: se a lasciuijs abstinent ⁊ secularib⁹ negocijs subtrahũt castimonijs carnis semacerant: vt quietius possint in suis ritibus ministrare: quales eẽ debẽt sacerdotes dei altissimi vt digne sibi seruiãt: quibus ꝯmissus est populus redẽpt⁹ sanguine suo ⁊ qui sunt mediatores inter deuz ⁊ populum: quibus promissus est summus honor in regno dei si bene seruiant. Duplici eniz honore digni sunt qui bene ꝑsunt ꝑsbyteri. i. thi. v. c. Preterea fla R
mines gentiles: ⁊ si essent praue vite anteq̃ essent flamies: postea tamen consueuerunt vitam suaz corrigere ṡm modũ eorum: ꝓut ait Vale. li. v. c. ix. di. ꝙ Valerius flacus luxu perditaz vitã inchoauit. Cetez a Licino pontifice flamen factus: quo facilius a vitijs recederet: ad curã sacroꝝ ⁊ cerimoniarum ꝯuerso animo: v sue duce frugalitatis religione: q̃tuz prius fuit exemplũ luxurie: tantũ postea modestie ⁊ sanctitatis specimen fuit. vnde Hierony. epla. xcvi. ait. ꝙ sacerdotes gentiles
erãt vnius vxoris viri. Et virgi S
nes veste ⁊ Appolinis: in perpetua sacerdotij virginitate marcebant. Sed heu hodie ꝯtrariũ ẽ i multis: qui pfectiorijs vice sunt anteq̃ sint sacerdotes ⁊ episcopi q̃ postea.

¶ Caplm septimum. Qd sacerdotes sint solliciti circa curam sibi commissam.

Tales aūt eē debē eccle
siastici siue clici respectu
eccl'ie sufficiēter dic̄ Ber.
T sup Cant. Omel. lxxviij. loquēs
de talibus. q̄ .s. boni sunt vigiles
q dormientibus nobis ipsi vigi-
lant quasi rationē pro aiabus no
stris reddituri: Boni custodes:
q vigilantes aio: atq; in orationi
bus pernoctantes: hostium insi-
dias sagaciter explorant. Antici-
pant consilia malignantiū: depre
hendūt laqueos: elidūt tendicula
rhetiacula dissipāt: machinamēta
frustrant. Hi sunt fratrum ama-
tores: & populi xp̄iani: q multum
orant pro populo & vniuersa san-
V cta ciuitate. Seqtur. Ciuitas: est
sancta eccl'ia propter populi col-
lectionem. Spōsa pp̄ter dilectio
nem. Ouis propter mansuetudi
nem. Et post. Ciuitas est: vigila-
te ad concordiam. Sponsa ē: stu
dete ornatui. Ouis est: intendite
pastui. Sequit custodia: vt sit suf
ficiens: trifaria erit. s. a vi tyrāno-
rum: a fraude hereticorū: a tem-
ptationibus demonioꝝ. Ornat⁹
sponse sit in bonis operibus: mo
ribus: & oratiōibus. pastus in scri
pturis. Sȝ distictio ē: vt mādata
ponātur duris: olera dispensatio
num infirmis: consilioꝝ solida &
fortia que in intimis sapientie p-
ponunt: sanis & perfectis. Debēt
ergo esse sacerdotes & eccliastici
periculosũ est predicatori veritatis cui⁹ est veritatẽ dicere omni homini: ꝛ oĩum vitia indifferenter arguere. Unde Hugo d. xij. abusionibus. Quinta abusio est monachus curialis. Sequit. Qui secularium ꝯsortia diligunt. q se principũ ꝯsilijs ingerunt: secretorum illorũ consilij: ꝛ secretarij: curiales dici pñt. Et post. Sexta abusio ẽ monach⁹ causidic⁹. Qui. s. in cõuiuio principis videt vacã vidue ꝛ porcũ pauperis: ꝛ in ei⁹ carcere pauper moritur. Et tñ de substantia pauperis comedens monachus: principi blandit. Et sic laudatur peccator in desiderijs anime sue ꝛc. ¶ Predicator igitur a talibus caueat exemplo Dioge
nis: qui omnia contemnens vili K
bus ꝛ paucis cõtent⁹ erat: vt posset omnibus libere dicere veritatem. De quo Ualerius libro. iiij. c. iiij. dicit. q cum sibi olera lauã-

ti Aristipus diceret: si Dionisium
adulari velles: ista non ederes.
Imo ait ille: si tu ista edere vel-
les: Dionisio non adulares. Sic
⁊ predicator volens veritatē pre
dicare: non debet desiderare ho-
nores magnatum: aut eorū tra-
ctare negotia: ne ora eorum obtu
rentur: sed contemptis omnib9
possit dicere veritatem. Sen̄. de
benefi. c. xi. Monstrabo tibi: cu
ius rei inopia laborent magna fa
stigia. ⁊ quid possidentib9 omnia
L desit scilicet qui dicat eis verum.
vnde vna contentio est: quis blā
dissime fallat: ait ibidem. Ne. s.
sint canes muti non valentes la
trare. Isai. lv. Per canes enim p̄
dicatores signantur: qui vigilāt
⁊ clamant: ait Grego. moral. xx.
Canes enim: cum ora eorum im-
plentur pane a latronibus: latra-
re non valent. Nec debet predi-
cator transire pauperes: quin eis
predicet: licet conuiuia desint: fe
sta deficiant: hospiciola feteant:
M exemplo saluatoris Luc. iiij. Ad
euangelizandum pauperibus mi-
sit me: ⁊ exemplo beati Cutberti
qui cum exibat ad predicandum
predicabat maxime in villulis: q̄
in arduis asperisque montib9 erāt
horrori alijs ad videndum: ⁊ pau
pertate pariter ac rusticitate: do-
ctorum ꝓhibebant accessum: ꝓ-
ut dicitur in vita eius. Qui igit̄
contemptis honoribus ⁊ fami-
liaritatibus potentum: ⁊ festis ac
conuiuijs: pauperibus predicant N
signum est euidens: ꝙ lucrum
animarum querunt. Qui vero ecō
uerso: caueant sibi:

¶ Capl'm quartū. Qualr' dꝫ esse
paratus qui egreditur.

Hijs causis quibus reli-
giosus licite egredi pōt:
⁊ quibus etiam aliquan
do exit periculose: admonendus
est: ꝙ exeat virtutibus ornat9: ⁊
munitus: q2 intra hostes vadit:
vt dictum est supra. Qui enim vir O
tutibus pollet: armatus est: Ait
Hier. epistola. xliij. ⁊ lxxxiij. Or
namenta aurium sunt verba dei
Et post. Hec ornamenta: ⁊ mu-
nimenta sunt. ⁊ epistola. xxxiij. lo
quens de quattuor virtutib9 car-
dinalibus. Ex omni parte deco-
raris: cigeris: protegeris: ⁊ orna-
mento sunt ⁊ munimini: gēme
vertunt in scuta. Ro. xiij. Indui
mini arma lucis. ij. cor. vj. Per P
arma iustitie. ⁊c. Et. x. Arma mili
tie nostre non sunt carnalia sꝫ spi
ritualia. Eph. v. Induite vos ar
maturā dei: Sic ergo miles xp̄i
armatus ⁊ insignitus vexillo re-
gis eterni. s. noīe Jesu xp̄i: qd nō
solum est vexillum. sed murus in
expugnabilis: securus exeat. pro
uer. xviij. Turris fortissima nomē
dn̄i. Unde in vita beati Antonij
legitur: ꝙ signum crucis ⁊ fides Q
ad deum murus est inexpugna-
bilis. Ideo dicebat fratribus. Si
gnate vos: ⁊ securi eritis Hiero.

epistola.lxxxiiij. Ad omnez actū & desideriuz man⁹ impingat crucem. egredientes armet oratio. Istud triumphale signum timēt demones & fugiunt. Origenes super. Exo.vi.c. Quid timēt demones? Sine dubio crucē xpi i qua triumphati sunt. Sequitur. Timor & tremor cadit super eos: cū signum crucis in nobis viderint fideliter fixum: & magnitudinez eius quam dominus expandit i cruce. Unde de sancta Justina legitur: q demon videns sup eaz signum crucis accedere non audebat ad eam. In huius nominis inuocationez exijt David ad Goliam: & deuicit eum. i. Reg. vltimo.

¶ Capitulum quintum. A quibus cauere debet religiosus egrediens.

Egrediens vo caueat: ne singularitate habit⁹ notabiliter sit distinct⁹ Hiero. epistola. lxxxiiij. Uestis nec satis mūda nec sordida: & nulla diuersitate notabilis. ne ad te obuians turba cōsistat: nec digito demonstreris. Et ibi. Nec affectate sordes: nec exqsite delitie xpiano conueniunt. Ut enim ait policratus lib. viij. c. xij. Hec phia pcipit obseruari: vt quisq in omnibus fugiat notam, indicens rectitudinem actioni ne sit reprehensibilis: habitui modestiam: ne sit notabilis. Neq id intelligendū est: qn pauperes religiosi possint vilibus indui & repetiare: sed ne requiratur: aut intendatur notabilis singularitas: vt homines vane loquantur: vel vt is qui ē habitu singularis laudetur & digito demonstretur. Hieronym⁹ epistola. lxxij. Uestium sordes cādide mentis inditia sunt. s. quando fit amore paupertatis. Nā parum valet habitus vilis & contēptibilis: & venter carnalis & delicatus. ait Hieronimus epistola. lxxxiiij. Uestis pellea: cingulum sacceum: & sordidis manib⁹ pedibusq: venter solus: quia videri non potest estuat cibo &c.

¶ Capitulum sextum. Qualis debet esse religiosus itinerans in homine exteriori.

Item sic egrediens & itinerans debet esse membris compositus: ne habeat collum extentum: & oculos vagos: nec aures nimis patulas nec manus volantes: aut pedes saltantes. Sed debet esse incessu honestus nō nimis festinus aut preceps in eundo: & religiose coopertus: ait Hugo in summa disciplinali. Diligenter obseruādū est: vt mēbra singula suuz teneāt offiīn: vt neq manus loquat nec os audiat: nec ocul⁹: lingue offiīi assumat. Et post. Alij nauigant brachijs incedentes in duplici qdam monstro vno tempore pedibus deorsum in terra ambulā-

tes: et lacertis sursuz volant in se ra. Debet enim religiosus esse dissimilis viro apostate: qui gradit ore peruerso: annuit oculis: terit pede: digito loquitur, puerbiorum .vi. Unde et talem incompositionez in exteriori homine sancti abhominabantur. Ambrosius primo de offi. Meministis quendam amicum: cum sedulis videretur se commendare officijs. Hunc tamen inclytum non receptum: quem gestus eius plurimum reddebant notabilem. Et ibidez. Meministis cum inculto aliuz repe
V
rissem iubere me: ne vnquam me preiret: quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos nostros feriebat. Et Policratus lib .viij. Fertur beatus Hiero. tres a mensa clericos exclusisse: quia incompositos vidit. turpe dicens honesto et graui viro in eius consortio aliquem incompositum reperiri. Nimirum: quia exterior hominis incompositio sepe oritur ab indisciplinata dissolutione interio
Z
ri. ait Hugo vbi. s. Cuz mens interius a custodia soluitur: membra foris ad omnem actum inordinate commouentur : velut corpus paralitici: quod motum quidem habet: sed membrorum officia in actionibus suis seruare non valet.

¶ Capitulum septimum. Qualis esse debet itinerans in homine interiori.

¶ Sicut religiosus itinerans
e
debet esse in exteriori homine honestus. sic in interiori deuotus maxime in diuinis laudibus et horis dicendis omni nixu laborando: vt eas dicat affectualiter cum mentis deuotione: intelligibiliter: cum cordis attentione: integraliter: cum plena expressione: honorifice : in gestus A
corporis compositione: vt si potest quiescat corpore quando dicit: exemplo beati Francisci. vt dictum est. s. Et si hoc bono modo seruare non potest: modo tamen mitiori et maturiori incedat : ne dicendo impediatur a modis predictis. Tunc enim occurrunt plura impedimenta scilicet labor itineris: fatigatio corporis: obuiantium multitudo: sensuum euagatio: cordis distractio: et huiusmodi. Ideo nisi itinerans omni nixu se colligat et diuinis laudibus intendat: in dicendo deficiet. Si eniz in quiete vix possunt bene dici: multo minus in itinere. Ait Hugo. de .xij. abusionibus: qui sunt mente vagi B
oculis attoniti: habitu dissoluti. Sequitur. Aliud cantant: aliud cogitant. In choro corpore: in foro sunt mente. Nunc intus sunt nunc foras exeunt. Nec tantum intus dissoluti: sed etiam cum foris exierint curiosi. Et quidem psalmodie verba non attendunt. Ab his ergo deffectibus summe cauendum est in horis dicendis.

❡ Capitulum octauum. q̃ itine
rans debet esse orans ꝛ studens.
[C]ompletis autem laudi
bus diuinis statutis: ni
hilominus religiosus iti
nerans: vt caueat ab amissione
temporis ceteris temporibus de
bet esse: vel affectu in deuz eleua
C tus: de eo meditando ꝛ orando.
Deut̃.vi. Erũt verba hec i corde
tuo. Sequitur. Meditaberis ea
sedens in domo tua: ꝛ ambulãs
in itinere. prouer.iij. In omnib⁹
vijs tuis cogita illum: vel intelle
ctu studiosus: sacrum librum de
ferendo ꝛ legendo exemplo san
ctorum. Unde primo dial̃. dicit
de sancto felice: q̃ supra se codi
ces sacros in pelliceis sacculis por
D tabat. Et vbicunq̃ perueniret:
scripturarum aperiebat fontem:
ꝛ prata mentium irrigabat. ꝛ exẽ
plo philosophorum. ait Au. geli⁹
libro acticarum noctium: ꝛ reci
tat Augu.ix. de ciuita.c.x. de phi
losopho stoyco: qui ad questionẽ
determinandam de qua erat mẽ
tio protulit librum de sartiuncu
la sua. ❡ Et Eunuch⁹ legebat
Ysayaz in curro act̃.viij. De quo
Hiero. epistola.xxxv. scilicet i ꝓ
logo biblie. q̃ nemo illo fuit stu
diosior. ❡ Et sancti igitur ꝛ phi
E losophi itinerantes: libros secum
portabant. Uel debet etiam psal
mos ꝛ hymnos ore cãtare ꝛ ru
minare ad alleuiationez laboris
exemplo sanctorum in vitis pa
trum.c. de patientia. Ait abbas.
Hymni spirituales sint i ore tuo
ꝛ meditatio sancta subleuet pon
dus temptationum superuenien
tium. huiusmodi exemplum ma
nifestum est. Arator ꝛ sarcinator
onere pregrauatus: fãdo ꝛ respi
rando: oneris vie paulatim labo
rem minuit. Ut sic itinerantes cã
tent in vijs domini: quoniaz ma
gna ẽ gloria domini. Specialiter
dicant septem psalmos cum leta F
nia: in quibus beatus Aug. ma
gnam habebat deuotionez: ꝓut
dicit in vita eius. Qui itelligens
dissolutionem sui corporis immi
nere: septem psalmos penitentia
les scribi fecit: ꝛ poni ex opposito
in pariete. Quos iugiter legebat
lachrymas fundens. In letania
etiaz fit oratio comunis ꝓ omni
statu ecclesie. ❡ Consimiliter di
cat officium mortuorum ad ere
ptionem animarum de purgato
rio: quia hoc placitum est deo.ij. G
Machabeo.xij. Sancta ꝛ salu-
bris est cogitatio pro defunctis ex-
orare ꝛc. Hoc est etiaz virtuosuz
ꝛ demonibus molestum. Unde
legitur de Hedolione Cluniacẽ.
abbate: q̃ de ipso ꝛ eius conuẽtu
demones cõquerentes reclusus
quidam audiuit: pro eo q̃ eoruz H
orationibus ꝛ elemosynis anime
a manibus eorum eripiebantur:
ꝛ sui iuris vernaculos perdebãt.
❡ Uel debet religiosus itinerans
de celestibus cum socio cõferre

exemplo discipulorum Luc.vlt. Qui sunt hi sermões.&c. ¶ Econ tra multi faciunt:qui nec affectu orant: nec cogitatu : vel aspectu student:nec affatu psalmodiçant nec fabulatu vtiliter conferunt. vt autem predicta perfecte adim pleant:caueant ab infectiuis ap prehensionibus sensualibus co gitantes : eo q mors intrat per fenestras Hiere.ix.¶ Speciali ter ne per visum intret quod infi
I ciat.Unde in vitis patrum.c. de continentia dicitur:q cum ancil le dei transirent per viam:vidēs eas monach⁹:a via diuertit. Cui vna ear dixit.Si perfectus esses monach⁹:nō ita respexisses nos vt agnosceres nos eē feminas. Sic enim visum cauendo:facili⁹ caueri potest ab inanibus cogita tionibus.fantasticis ymaginatio nibus:& fedis affectiōib⁹. Per quales enim formas ire solēt ocu li:per tales cogitationes ibit cor: ait Augu.vij.pfessio. Ideo Job xxxi. Pepigi fedus cum oculis meis.&c. Ibi mor.xxi.in pncipio bene qualiter oculi sunt cohiben di & interiores cogitationes.

¶ Capitulū nonū. Ubi religio sus debet libentius hospitari.

C Onsequenter cum post itinerationē venitur ad hospicium:debet religio sus hospiciū querere:vbi quie tius possit deo & sibi vacare:ho
K nestius cōuersari:& alijs fructuo sius pdesse. Nec attrahatur car nali voluptate:mundana vanita te: seculari familiaritate. Luce.x. Nolite trāsire de domo i domū: querendo scilicet aliquam volu ptatem Ambro.super Luc. Alie num est a predicatore regni dei cursitare per domos: carnalia.s. sectando. Econtra faciunt multi dimittendo loca magis religiosa & querendo carnalia.

¶ Capitulum decimū. Que ca uenda sunt religioso hospitāti.

V Iri v̄o religiosi commu niter admonendi sunt: ne sint auidi:vel se inge rant ad querenda vulgaria & se cularia conuiuia: vt sit in eis in violata sobrietas: & ne se ingerant importune ad muliebria consor tia : vt in eis maneat illibata ca stitas.& ne frequentent magna L tum curias:vt in eis reluceat ve ra & alta humilitas. In cōuiuijs enim vulgaribus multa pcurrūt vitia: ait Gregorius.super euan. omel.iiij.loquens de diuite Epu lone scilicet edacitas:loquacitas & ludi vāitas. Unde vix possunt sine culpa celebrari. Moralium primo super illō Job.i. Cumq transissent in orbem dies puiuij. &c. Nouerat enim vir sanct⁹: q magna purgatione sacrificiorū diluende sunt epule conuiuiorū: M quas semp comitatur voluptas. Exodi.xxxij. Sedit populus mā ducare & bibere:&c. Ambro.iij.

de offi. Conuiuia extraneorū oc
cupationes habent: subrepūt fa
bule: et propter voluptatē pocu-
la. Sen. epistola. lxvij. Sermo-
nes solent esse in conuiuijs. Cri-
sostomus super Mathe. omel.
xlviij. In conuiuijs sunt sepe mi-
mi et hystriones qui animas oc-
cidunt. Ex quo enim in cōuiuijs
huiusmodi sunt: varia voluptas
multimoda vanitas: diuersimo
da loquacitas: nullius boni audi
bilitas: salutaris documenti con-
N temptibilitas: prout ait Aug. epi
stola. xxxviij. de Themistocle phi
losopho: quod cum esset in conuiuio
et habitus esset indoctior: cū ner
uis canere recusaret: sibiqz dictū
esset: cum se nescire illa dixisset:
quid igitur nosti? Respondit rem
publicam: ex parua facere ma-
gnam. Secundum enim scire ē
gloriosum et vtile: et tamen in cō
uiuijs primum eligitur. Ideo pe
riculo et contemptui se exponit q
se ingerit ad conuiuia secularia.
Hiero. epistola. xxxiiij. Cōuiuia
secularia: vitanda sunt; maxime
que honoribus tument. Sequit.
facile contemnitur clericus q se-
O pe vocatus ad conuiuia non re-
cusat. Quanto magis qui se ingerit?
vnde in vita beati Augustini le-
gitur: quod vnū fuit de sancti Am
brosij institutis: ne quis in sui pe
na etiam petitus iret ad cōuiuia:
ne scilicet per frequentiam insti-
tutus temperantie amitteretur
modus. ¶ Et non solū religio
sus debet cauere pericula conui- P
uiorum: sed multo plus pericula
muliebriū consortiorū. s. ¶ Ob
ardoris concupiscibilis: in carne
mortali vigentis inextinguibilita
tem. ¶ Ob nature muliebris in
fectiuam fascinationē. ¶ Et ob
hostis homines per mulieres tē
ptantis sagacitatē. ¶ Ardor. n.
concupiscibilis est ignis: et ipsa mu
lier ignem accendens: et diabolus
iugiter fomenta ministrans. Iō
talis familiaritas omnino cauen
da. Hieronymus ad Occeanum
epistola. xlij. Feminarum: cū clericis
nullo pacto coniūcta permittat
conuersatio. Ianua diaboli: via Q
iniquitatis: scorpionis percussio:
nociuum genus femina: cū proxi-
mat. Stipula incendit ignē: flā
migero igne percutit femina con
scientiam pariter habitantis: ex-
uritqz fundamentū. Ego iudico
si cū viris femine habitent: non
deesse viscarium diaboli. Ex his
aucupatū ab initio peccatū. Fer
reas mentes domat libido. Si
enim alligauerit quis ignem in
sinu suo: vestimenta eius nō cō
buret? puer. vi. Sequitur. Mi-
hi crede. Non potest toto corde
cū deo habitare: qui feminarum
accessibus copulatur: etc. eccle. ix. R
Ne respicias mulierem multiuo
lam: ne incidas in laqueos illius
et post. Colloquiū illius quasi ignis
exardescit. ex quo igitur eius accel

ſus ſtimulatiuus: ⁊ malarū cogi
tationuz generatiu⁹: aſpectus in
fectiuus: affectus ⁊ afflatus iflā-
matiuus: vitanda eſt eius fami-
liaritas. Ut enim eſt de homini
bus in illiricis: ꝙ interimunt ho
minem videndo: ⁊ dicūtur effe
minare voce ⁊ lingua: ⁊ faſcina
tio oculorum eorum eſt exitialis
prout dicit Plini⁹ libro. v. c. xiiij.
⁊ Algazel. v. philoſophie. c. vi.
ta ⁊ mulieris aſpectus multis ē
exitialis. ecc. ix. Auerte faciē tuā
a muliere compta. Sequit̃ ꝑpter
ſpeciem mulieris multi perierūt:
⁊ ex hoc cōcupiſcentia q̃ſi ignis
exardeſcet. ¶ Unde ⁊ ſancti pa-
S tres ieiunijs ⁊ abſtinentijs mace
rati: ⁊ attenuati: frigorib⁹ ⁊ nudi
tatib⁹ afflicti: ⁊ infrigidati: vigilijs
⁊ orationibus attriti: laboribus
confracti: ſenectute quaſſati: a vi
ta carnali alienati: conuerſatiōe
celici: contemplatione ſuſpenſi:
mulieꝝ colloq̃a ⁊ conſortia om-
nimode fugiebāt. Unde in vitis
patrū. c. de exortatiōe monacho
ruz ait ille ſanctus pater. Nō ha
beas amicitiam cum muliere. et
c. de quieta cōuerſatione de ab-
bate Arſenio dicitur: ꝙ noluit vi
dere mulierez ſanctā de Roma
ad ſe venientem. cui ſupplicanti:
vt pro ſe oraret: ⁊ eſſ3 ſui memor
in oratione: reſpōdit. Rogo deū
vt auferat tui memoriam de cor
de meo. Et ibi de illo qui dixit di
ſcipulo: eamus vbi nō eſt mulier
⁊ ille. Non eſt talis locus niſi ſo
litudo. Cui abbas. Eamus ergo
in ſolitudinem. ⁊. iiij. dial. dicit de
presbytero moriente qui noluit vi T
dere matrez: ſed ait. Recede mu
lier: igniculus adhuc viget: tolle
paleā. neq3 voluit: ꝙ ſibi appro-
pinquaret. Ideo in vitis patrum
c. iiij. dr̃. ꝙ filius portans matrez
ſuam cooperuit manus dicens
Caro mulieris: ignis eſt. ¶ Ecō
tra eſt de multis religioſis habē
tibus etiam contrarias conditio
nes ſanctis patribus. Sunt eniz
calore iuuenili bulientes: alimen
torum ſuperfluitate ⁊ ocijs ardē
tes: ſe nullis abſtinentijs aut la-
boribus affligentes: temptatio-
nes ⁊ aſtutias diaboli nunq̃3 ex-
pellentes: ⁊ huiuſmodi: audaci-
ter tamen ſe ingerunt ad conſor-
cia: colloquia: ⁊ conſilia: mulierū
ſimul coridendo: ſe mutuo aſpici V
endo: ſibi viciſſim pocula propi-
nando: quod non fit ſine anime
periculo. Hiero. epiſtola. lxxxiiij.
Omnis aduerſus viros: diabo
li virtus in lumbis eſt. Omnis i
vmbilico contra feminas fortitu
do. ⁊ ponit exēpla. Samſon leo-
ne fortior ſaxo durior. dalide mol
leſcit amplexibus. Dauid ſc̃m cor
dei electus: Berſabee eſt nudita
te deceptus. Salomon per quez
cecinit ipſa ſapientia: q̃a amator X
mulierum fuit: receſſit a deo. Et
ne quis de ſanguinis propinqui-
tate ꝯfidat: Thamar ſororis ſue

Amon frater exarsit incendio. Pudet dicere: quot quottidie virgines ruant. &c. ¶ Idem epistola.xxxiiij. Hospiciolū tuū aut nū aut raro mulierum pedes terant. Nec sub eodem tecto maneris: nec in preterita castitate cōfidas: quia nec Dauid sanctior: nec Samsone fortior: nec Salomone sapientior: qui omnes decepti sunt a muliere. Et post: Pericula tibi monstrat: cuius vultū frequenter attendis. Mirum ē igitur: quod tam audacter iuuenculi religiosi: cum iuuenculis tam secularibus monialibus confabulantur & rident: cum sancti tantū timeant earum colloquia & aspectus. Unde beatus Augu. cū a pluribus feminis visitaretur: nolebat sine clericis testibus eis loqui: nisi interesset aliquis secretorum. Nec monasteria feminarū sine causa vrgente visitare volebat. Unde Hier. epistola.cxxiiij. dicit. quod Romam veniens pro ecclesiastica necessitate: verecunde feminarū oculos declinabat. Jō illa monialis egrotans in monasterio: fratri volenti eam videre mandauit: quod nolebat dare occasionē: vt propter se veniret i medio feminarum. prout legitur in vitis patrum.c.iiij. et Hiero.epistola.xli. dicit de illa que noluit videri a beato Martino: sed per fenestram ait: ora pro me. Quod sanctus audiens: gratias egit deo: & benedixit eam. Nouerant enim sancti: quod demones multum laborant ad decipiendum religiosos per mulieres. Unde in vitis patrum.c.v. dicitur. quod cum esset puer ab infantia in monasterio: nec sciret quid essent mulieres: demones nocte ostendebāt ei habitum mulierū. Et cum in mūdo iret cū patre suo: videns mulieres ait. Ecce qui veniūt ad me de nocte. Et pater. Isti sunt monachi de seculo: & vtunt alio habitu heremite. Et in lib. Barlaam legit de filio regis īcluso ab infantia: cui ostensis multis pulchris & preciosis viris: mulieribus: auro: gēmis: &c. Et querens nomina mulierū: responsumque esset quod dicerentur demonis: homines seducentes: cū rex quereret quid plus de omnibus amaret. respondit: quod demones: Tyrānica enim res est amor mulierū dicitur ibi Hiero. epistola. lxxxiiij. Horrebant sacco membra deformia. Sequitur. Sepe tamen choris intereram puellarum. Si sic de tanto sene: quid de iuuene? Hec igitur pericula & multa alia religiosus considerans: nō se ingerat ad hospitandum vbi sūt inevitabilia consortia mulierum. & caueat suspitionem secundum regulam Hieroni. epistola.xxxiiij. Caueto omnes suspitiones: & quicquid probabiliter fingi potest. ne fingatur autem de vita hec ille. ¶ Item re

ligioſi non ingerant ſe ad hoſpi/
B tandum in curijs magnatoꝛum
niſi conſtet: illos per eos emēda
ri: vel etiā pauperes adiuuari: qꝺ
raro fit. Nam ad tales accedere
ob familiaritatis acquiſitionem:
aut conuiuioꝛum delicationē: ho
noꝛis ambitionem: vel pompati
cam oſtentationem: periculoſuȝ
eſt. Qui enim ſic accedunt: ſepe
loquuntur placentia: nec pꝛoſunt
pauperibus. Ideo ſancti talia fu
giebant. Unde in vitis patruȝ. c.
viij. dr: ꝙ iudex pꝛouincie voluit
videre abbatem paſtoꝛem: nec
acquieuit. Iudex autē filiuȝ ſoro
ris ſue ponēs in carcere ait. Si ſe
nex venerit liberabo eum. Tunc
mater pueri ad fratreȝ accedens
cuȝ lachꝛimis ſupplicabat: vt ad
C iret iudiceȝ: nec ſic acquieuit. Iu
dex ergo ait. Saltem verbo iube
at: ⁊ dimittam eum. Cui mādat
ſenex di. Examina cauſam: ⁊ ſi
moꝛte dignus eſt: moꝛiatur. Sin
auteȝ fac quomodo vis. Sȝ mul
ti hodie rogant pro talibus ſm
quod affectus ducit: non ꝑut ve
ritas exigit. Et ibidem dr: ꝙ cuȝ
iudex veniret ad videndum ab/
batem Amonem ⁊ diceretur ei.
iudex venit: vt benedicatur a te:
pꝛepara te: ille accipiens panem
⁊ caſeum: in ingreſſu celle man/
ducās ſedit. Quod iudex vidēs
⁊ ſui: ſpernentes eum diſceſſerūt
Sancti enim vera ſapientia pdi
ti: a mundo ⁊ mūdanis volebāt:
ſtulti videri: ne appeterent. In
curijs enim pꝛincipum raro au/
ditur doctrine veritas: non ama
tur iuſtitie eqtas: non honoꝛatur D
virtutis honeſtas. Sed diſciplie
deſpicitur auſteritas. Potiꝰ ibi
auditur iniquus ꝙ̄ ſanctus. plus
veſtis honoꝛatur ꝙ̄ virtus: ma/
gis eſtimātur reruȝ opulentie ꝙ̄
virtutuȝ. Plus ludi vanitas: ꝙ̄
diſcipline oꝛdinabilitas. Un̄ nar
rat Innoc. libꝛo de miſeria hois
ꝙ cū quidā phꝰus habitu cōtem
ptibili aulam pꝛincipis ſepe ingre
di temptaſſet: nec potuiſſet ha/
bitū oꝛnatum aſſumens. mox ē
permiſſus intrare: Et ſtans coꝛā
pꝛincipe: cepit oſculari paliū ſuū
Quod pꝛinceps miratus ⁊ que/
rens quid ageret: reſpondit. Ho E
noꝛanteȝ me honoꝛo. Quod eni
virtus non potuit: veſtis obtinu
it. O vanitas vanitatum: ⁊ om/
nia vanitas: Plus defertur ve/
ſtibus ꝙ̄ virtutibꝰ: plus veſtimē
to ꝙ̄ honeſtati. hec ille. Un̄ Caſ
ſianus. xi. col. Hec eſt patruȝ ſen
tentia: monachum debere fuge/
re mulieres ⁊ epos: qꝛ non ſinūt
quieti operā: nec diuine thoꝛie in
herere. Merito ergo debet reli
gioſus fugere hoſpicia hmōi pro
pter cauſas pꝛedictas.

¶ Capitulū vndecimum. Qua
liter eſſe debet in conuerſatione
cum ſecularibus.

Ingrediens ꝟo religio/
i ſus hoſpicium ſecula

riuz debet esse in omni sensu cau-
tus: ⁊ circūspectus: gestu: ⁊ mo-
rum grauitate maturus: effectu
⁊ exemplis operum virtuosus: af
fatu ⁊ documentis salutarib⁹ fru
ctuosus. Ut ex primo: ab oīs ma
F li occasione caueat? Ex secundo
se difformem conuersationi mun
dane. ⁊ quasi angelicam conuer
satione celica se ostendat. Ex ter-
tio. oēs ad bonū attrahat: ⁊ bonū
post se odorem relinquat. Ex q̄r-
to: omnes illumiari doceat. Gre
go. mor. i. Nec valde laudabile
est: bonum esse cum bonis: sꝫ bo
num esse cum malis. Sicut eniz
grauioris est culpe: inter bonos
bonum non esse: ita imensi est ꝑ
G conij: bonū inter malos eē. Job
i. Erat vir ille simplex. in quo ho
nesta maturitas. Et timens deuz
in quo operum virtuositas. Ecc.
vij. Qui timet deum nihil negli-
git: Recedens a malo: in quo cu
stodie sensuū sedulitas. Rectus
in quo intelligentie ⁊ doctrine ve
ritas. Job. iiij. Uacillantes cōfir
mauerunt sermones tui. Ezec. i.
Planta pedis eorum: quasi plā
ta pedis vituli. Ubi Greg. omel.
i. Planta pedis vituli est matu-
re incedēs: fortis: ⁊ diuisa. Quia
H predicator debet habere venera
tionem in maturitate: fortitudi-
nē in opere: vngule diuisionem
in discretione. Non enim facile
predicatio accipitur: si leuis mo-
ribus videatur. Et nulla est ma-

turitatis ostensio: si contra aduer
sa non adsit operis fortitudo. ⁊
virtutem amittit fortitudo boni
operis: si desit discretio itellectio
nis. Debet igitur esse omni sensu
circūspectus ⁊ cautus. In visu: vt
caueat aspectum omniū ad ma-
lum allicientium: vt dictum ē su-
pra. Sunt enim oculi: principes
ad nocēdū in sensibus: ait Aug. I
x. confes. Et ideo cohibēdi. Job
xxxi. Pepegi fedus cum oculis
meis. Ibi mor. xxi. Non debet i-
tueri quod non licet concupisci.
Quia Tre. i. Oculus meus dep̄re
datus est animam meam. Con
cupiscendo enim visibilia: inuisi
biles virtutes amittit. ait ibi Gre
gorius. ⁊ Sen. de remedijs for-
tuitorum loquens de oculis dicit
Irritamenta sunt vitiorum: du-
ces scelerum. Huic adulteriū ocu
li ministrant. Huic domum quā
cōcupiscat. Huic vrbem ⁊c. Uñ
Democritus excecauit se: eo ꝙ K
nō posset mulieres aspicere sine
concupiscentia: Ait Tertuli⁹ ora
tor. c. xliiij. Sic alij multi fecerunt
vt cogitationes ad mentis puri-
tatem cogerent: prout dicit Hie
ro. epl̄a. lxv. ⁊ Sen. vbi. s. Non
intelligas partem esse innocentie
cecitatem. Unde Anto. ait Didi-
mo: a pueritia ceco: de cecitate do
lenti. Miror te prudentem virū
eius rei dolere damno: quā formi
ce: musce: ⁊ culices habent: ⁊ nō
letari ea possessione quaz soli sa[n]

cti ꝛ apostoli meruerunt.s.oculo rum mentis: ait Hiero.epistola lxvj. Jō ps. Auerte oculos meos ne videant vanitatē. ¶ Consimiliter debet esse circunspectus ꝛ cautus in auditu: ne audiat allicientia ad malum. Aug.x.confes. Voluptates aurium me tenacius implicauerant ꝛ subiugauerant: sed resoluisti ꝛ liberasti me. Ideo cauere debet: ne audiat cātilenarum: ꝛ sonorum vanitates detractiones: sinistras diiudicationes: blandas adulationes: falsas deceptiones: ꝛ huiusmodi secularia. Ideo Ecc.xxviij. Sepi aures tuas spinis: ꝛ noli audire linguaʒ nequā.s.increpādo ꝛ pūgēdo mala loquentes. Spine.n. pungunt: prout exponit Aug.de doc.xpiana. ꝛ Hieroni. epistola xxxiiij. Cum detractorib⁹ ne cōmiscearis: quoniam repente venit perditio: tam eius q detrahit ꝙ eius qui accomodat aurem. Non enim inuito auditore libenter narratur: Sicut sagitta in lapidem non figitur: ꝛ interduʒ resiliens percutit dirigentem. Jō prouer.xx. Ventus aquilo dissipat pluuias ꝛ facies tristis linguā detrahentem. ¶ Item debet eē circūspectus in gustu: ꝛ quo ad modum gustādi.s.vt modo religioso ꝛ hōesto comedat ꝛ bibat. Nā quidam minus honeste se habēt in huiusmodi. Ait Hugo in summa disciplinali. Alij bibentes: digitos mediotenus poculis imergunt. Alij nudis articulis coclearis vice olera piscātur: ita vt ī eodeʒ vasse manus ablutionem: ꝛ ventris refectionem querere videantur. Sequitur. Nunc sustineant in audiendo verecundiaʒ. qui nolunt in faciendo habere disciplinam. Temperantiam comedendi intelligimus: si homo tractim ꝛ non cum festinatione comedat. ¶ Similiter quo ad gustabilia debet esse circunspectus: ne querat nimis delicata: nec accurate parata: aut supflua: vt dictum est supra. Unde Hugo vbi supra: Sunt qui superstitiosū nimis in preparandis cibis studium adhibent: infinita frixurarū ꝛ condimentorum genera excogitantes: modo calida: modo frigida: modo assa: modo elixa: modo pipere ꝛ huiusmodi saporib⁹ condita ꝑm consuetudinem mulierum pregnantium desiderantes. Ab huiusmodi caueant religiosi ne talium notentur appetitores more puerorum ꝛ mulierum. Caueant ꝛ a superfluitatib⁹ post ieiuniorum euacuationem. Hiero.ij.cōtra Jouinia. Quale est illud ieiunium: aut qualis refectio post ieiunium: cum pridianis epulis distendimur. ꝛ guttur nostruʒ mediator efficitur lachrīmarum? Dumq3 volumus prolixioris inedie fame carere: tantum voramus ꝙtum vix alteri⁹

diei nox

diei nox digerat. Istud itaq; non tam ieiunium appellandum est: quaz crapula: ⁊ fetens: ac molesta indigestio Ecc.xxxviij. Noli auidus esse in omni epulatione: ⁊ non effundas te super omnem escam. Et.xxxi. Utere quasi homo frugi his que tibi apponũtur ¶ Quantum vo ad aliud officiũ lingue quod est loqui debet eẽ circũspectus cõsiderãdo quid: cui: quando: quomodo loquatur. vt dictuz est supra. ait Hugo vbi.s. Tribus modis dz hõ inter epulas seruare disciplinaz. Ut linguã a loquacitate compescat: oculos a circũspectione cohibeat: ⁊ mẽbra alia: cuz modestia ⁊ quiete cõtineat. Ubi enim auditus non est non effundas sermonem. Ecc. xxij. Sed in conuiuio seculariuz auditus non est: qr dum venter impletur: lingue clamorosis vocibus perstrepunt: ait Poli.lib. viij.c.ix. ¶ De circunspectione q̃tum ad odoratum ⁊ tactum superfluum est moneř religiosos: cuz in huiusmodi voluptari ⁊ delectari sit perniciosuz: ⁊ quia hec querere est mulierum fatuarum prouer.vij. Asperſi cubile meum mirra ⁊ aloe. Seqtur. Ueni fruamur: ⁊c. Aug.x.confes. De illecebra odorum non satago nimis. Cum enim absunt non requiro: cum adsunt non respicio. parat' sum carere. ¶ A tactu quoq; impudico: caueat religiosus sicũt ab igne infernali ⁊ mortifero. Caro enim mulieris. ignis est: vt habitum est. prouer.vi. Nunquid abscondere potest homo ignem in sinu suo ⁊c. Sequitur. Sic qui ingredit ad mulierẽ ꝓximi sui non erit mundus cũ tetigerit eã. Qui sic igitur ẽ omni sensu circõspectus: cauet ne mors itret ad animam per fenestras. Hiere.viij. ¶ Item debet esse grauitate morum ⁊ gestu maturus: vt sit disformis a secularibus. Ro.vij. Nolite conformari huic seculo: ⁊ sit conuersatione celicus. Phil.iij. Nostra autem conuersatio i celis est. Et hoc nõ hypocritali simulatione: sed virtuali operatione: vt.s. maturitas ⁊ cõpositio corporis oriatur a compositione mẽtis. Ait Hugo i summa. Gestus hominis in omni actu gratiosus sine mollitie quietus: sine dissolutione grauis: sine tarditate alacer: sine inquietudine maturus: sine proteruia: ⁊ turbulẽtia seuerus. Ex visu enim agnoscit vir: ⁊ ex occursu faciei sensatus. Amictus corporis: risus dentium: ⁊ ingressus hominis enuntiant de homine ipso. Eccl.xviiij. Sene. epistola.lv. Argumentum morum ex minimis licet capere. Impudicum incessus ostendit. Improbum vultus. Insanum risus: habitusq; demonstrat. Hec eni maturitas religiosorum: est hominũ prouocatius ad laudem dei. ps.

In populo graui laudabo te.
¶ Item debet eẽ exemplis ope
rum virtuosus: vt sit omnibus
in exemplũ. Math.v. Luceat
Y lux vestra ꝛc. Et.i.Thi.i. In om
nibus prebe teipsum exemplum
bonorũ operum. Ex talibus.n.
deus honorificatur: religio hono
ratur proximus edificatur: odor
bone fame dilatatur. Unde Act.
xiiij. de Paulo ꝛ Bernaba dici
tur. Dij similes hominibus descẽ
derunt ad nos. Homines aũt: dij
dicunt ppter virtutum eminen-
tiã: put dicit. Ethi.viij. Unde.i.
Cor.ij. Alijs sumus odor vite in
V vitam. Sic enim attrahunt ho-
mines ad deum. Cant.i. Curre-
mus in odorem vnguentorum tuo
rum. ¶ Et nõ solum debet eẽ ta
lis in se: sed etiam vt alijs semi-
net spiritualia documenta in col
latiõe: sicut metit temporalia in
sustentatione. ij.cor.viiij. Si nos
Z vobis spiritualia seminamus nõ
est magnũ: si vestra carnalia me
tamus. Et vt virtute vbi dei eij-
ciat demonia peccatorum: ꝛ lin
guis loquatur nouis Marci.vl.
Debet enim illuminare mundũ
ꝛ domum quam intrat. phil.ij.
Inter quos lucetis sicut lumina
ria in mundo.ꝛc. Non enim so-
lum in predicatiõe publica debꝫ
vir euangelicus alios erudire: sꝫ
etiam in collatione priuata.i.cor.
ij. Sermo meus.s. in collatione
priuata: ꝛ predicatio.s.publica di
ctũ glosa. Et hoc sm auditoriũ
capacitatem ꝛ qualitatem. Eccl.
xxxvij. Cum irreligioso tracta d A
sanctitate: cũ iniusto de iusticia
ꝛc. Ubi Hugo in summa. Tales
debemus discretionem seruare:
vt semper studeamus discere a
sapientibus: ꝛ minus doctos si se
doceri patiant erudire. Et sic do
cere pferẽdo qd magis cõgruit
auditori. Unde ꝛ phi erudiebãt
eos cum quibus cõferebant. ait
Sene.epla.xxx.loquens de Dio
gene. Nec minus de alijs qui li-
bertate pmiscua vsi sunt: ꝛ obui-
os monuerũt. Et post. Illud scio
aliter pfuturũ: si multos admo
nuero. Semper agenda est ma- B
nus. Nõ põt fieri: vt nõ aliquan
do succedat multa temperantia.
Et episto.cxviij. Qui ad phm ve
nit: quottidie secum aliqud boni
ferat. Aut sanior domi redeat: aut
sanabilior. Ubi ponit exempla.
Qui ad solem venit colorabitur
qui in taberna vnguentaria rese
derint: odorem secũ ferent. Sic
qui ad phm venit trahere ali-
quid necesse est. Si ergo philo-
sophi gentiles docebant alios: vt
pficerent quanto magis philosophi
diuini ꝛ euangelici: ne apud ali-
quem ociosi manducent: vt sint
operarij digni mercede. Unde
ij.Dial.c.ij.dicitur de beato Be- C
nedicto: q cum homines cibos
sibi deferrent corporis ab eius ore
in suo pectore alimenta defere-

bant vite Debet enim religiosus
alios ad se cõuertere: non se ad
alios . Hieremi.xj. Conuertent
adte: ꝛ nõ tu cõuerteris ad eos.
¶ Econtra multi faciunt minus
circũspecti in sensu: minus matu
ri in gestu: minus virtuosi in ef/
fectu : minus fructuosi in affatu
qð patet opere ꝛ exemplo. Hñt
D enim aures patulas ad fabulas
ꝛ rumores: oculos vagos ad va
nitates: guttura delicata ad diiu
dicandũ sapores: ora garula ad
multiloquij vanitates. Faciũt.n.
se in mensis secularium: saporũ
diiudicatores: ciborum discreto
res sapidiorum frustrorum ele/
ctores. ꝛ curiosos incisores vino
rum cognitores magisꝗ̃ diuino
rum doctores. Cum talis sciẽtia
sit valde vilis religioso et noxia
inter viros celicos enutrito Au/
gu. de quiditate anime. Noxium
E est illud genus artiũ quo animi
valitudo sauciatur. Nam ꝛ odo/
re ꝛ sapore diiudicare pulmenta:
quo lacu piscis captus sit: vel ꝗ̃
tenue vinum nosce: miseranda
quedam peritia est. Et his artibꝰ
cum q̃si creuisse anima videt: q̃
neglecta mente defluit in sensus
nihil aliud ꝗ̃ minuisse ꝛ conta/
buisse iudicanda est. Et tamẽ de
tali peritia qñꝗ aliqui gloriant
ad cõfusionẽ suam potiusꝗ̃ ho
norem. Sunt alij q plus loquũt
de mũdanis de bellis principũ
ꝛ triumphis de curiarũ cõuiuijs
ꝛ vanitatibus ꝗ̃ ð diuinis: ꝛ edi
ficationibus. Nimirum qa que F
ab ore ꝓcedunt: de corde exeũt.
Math.xv. Et quia talia volue/
runt ea effundunt. Nullum enĩ
vas põt effũdere qð nõ hꝫ. Jõ
.i. Reg.ij. Recedant vetera de
ore vr̃o. Et.i. Pe.iiij. Si qs lo
quitur q̃si sermões dei. ephe.iiij.
omnis sermo malus: de ore vr̃o G
non procedat.

¶ Capitulũ duodecimũ. Qualiter se debet habere post refectionem.

f Initis vero refectioni/
bus iter seculares caueat
religiosus a prolixis ses/
sionibus cum eisdem: siue in cõ
uiuijs: siue i fabulis a vanis spe
ctaculis ludis ꝛ secularibus ver
bis. Talia enim sepe comitantur
conuiuia: vt dictum est.s. Exo. H
xxxij. Sedit populus manduca
re ꝛ bibere ꝛc. Ibi Greg. mor.i.
Cum venter reficitur lingua ef/
frenatur. Et de hoc supra. Tunc
enim elõgare se debet religiosus
a secularium vaniloquio: ꝛ noci
uo spectaculo: ꝛ locum secum in
quirere: vbi se ab huiusmodi ab
strahat: ꝛ se colligens ad cor re/
deat seqꝫ discutiat. Hiero. ad De
metriadem episto.lxxxvij. Adhi
be tibi in vrbe solitudinem: ꝛ re/
mota paulisper ab omnibus deo
propius iungere. Augu. in s̃mo/
ne de ouibus. Solitudo magna
cõscientia est. Ibi iterrogemus

fidem: et si est charitas. etc. Job xxiiij. Perfodiunt in tenebris do-
I mos. Ibi mora. xviij. Quid domorum nomine: nisi conscientie designantur: in quibus habitamus contrectando quod agimus. Mat. v. Intra domum tuam .i. conscientiam: ait ibidem. Et Ber. ad fratres de monte. Alia est cella interior: alia exterior. Exterior est domus vbi habitat anima cum corpore. Interior: conscientia: quam habitare debet spiritus sanctus. Ostium clausure exterioris: signum est ostij circunstantie interioris. Sequitur. Diligis cellam exteriorem: dilige potius interiorem. Quod si non potest religiosus de die ad
K hanc cellam redire: redeat saltem de nocte: vt lauet per singulas noctes lectum suum rigando lachrymis contrictionis.

¶ Capitulum decimumtertium. Quod religiosus redeat ad locum quietis.

Expeditis vero negotiis: et causis legitimis: pro quibus religiosus egressus est in mundum de quibus habitum est: absque fictione et simulatione et morosa retardatione redeat cum gaudio ad locum quietis: et conuen-
L tum: exemplo auis que euasit rhetia: viscos: laqueos: et sagittationes. Unde Ansel. de similitudinibus i fi. dicit: quod sicut bubo dum in cauerna cum pullis suis est letatur: et suo modo bene sibi est. Dum autem est inter coruos et corniculas: aut aues alias incursatur et dilaniatur: et male sibi est. Ut pote quam hic rostro percutit: ille alis in eam ruit: alter vnguibus discerpit. Ita et mihi: quando cum monachis conuersari queo: bene est et grata consolatio. Quando vero remotus ab eis inter seculares conuer- M
sor: hinc inde causarum variarum incursus me dilacerant: et quando non amo secularia negocia vexant et male mihi est etc. Nec remaneat religiosus inter seculares ob causas alias: quam propter quas est egressus de quibus supra. ¶ Cum autem venerit ad locum quietis siue conuentum studiose debet redimere tempus ammissum redeundo ad se: vt pro multiloquio cum hominibus soli deo loquatur: pro euagationibus et discursibus exterioribus in seipso recolligatur: pro humanis honoribus apud se deprimatur: pro delitijs conuiniorum et copijs ieiunio- N
rum abstinentijs affligatur: pro vanis gaudijs et risu salutari tristicia compungatur: pro sensuum delectabilibus sicut aurium timor diuini iudicij audiatur: pro delectabilibus oculorum lachryme fundantur: pro delectabilibus gustus amaritudine satietur: pro vaniloquiis orationes et psalmi multiplicentur pro suauitate odorum peccatorum feditas ad propriam ignominiam ingiter memoretur pro suauibus lectis et sessionibus terre inhereat:

⁊ panniculis operiat᷑: vt sic fiat p̄
suaui odore fetor: pro zona funi-
O culus ⁊c. Isa. iij. ⁊ Hester penul
timo: pro vnguentis variis cine
re ⁊ stercore caput iplebat: ⁊ cor
pus humiliabat ieiuniis. Omnia
loca in qbus letari consueuerat:
M crinium laceratione compleuit.
Per crinium lacerationem si-
gnat᷑ dolentium cogitationum p̄
prioribus delictis p̄uaricationi-
bus collectio. Sic enim fuit mo
dus sanctorum: se pro prioribus
delectationibus affligere. Unde
P in vitis patr. c. iiij. d̄ beato Ma
chario dicit᷑: q̄ fratribus adueni
entib⁹ vinum bibebat. Et postea
pro vno calice: die integra absti
nebat. Et si qd boni in mūdo fe
cerunt: totū deo attribuant. Job
xxxviij. Nunquid mittes fulgura
⁊ reuertētia dicūt adsumus. Ibi
mor. xxx. Per fulgura predica-
tores signant᷑: qui miraculis cor-
N ruscant: qui non suis sed dei viri
bus attribuere debēt si qd forti-
ter egerūt. Eccle. i. Ad locū vñ
Q exeunt flumina reuertunt᷑: vt ite
rum fluant. Quod exponit ibi-
dem Gre. de predicatoribus q̄
debent reuerti ad deum contem
plandum. Quod nisi fecerint: in
terna siccitate: exteriora predica-
tionis verba siccant᷑. Ezechiel. i.
Animalia ibant ⁊ reuertebant᷑ in si-
militudinem fulguris corruscan
tis. Quod expōit ibi Gre. omel.
v. de p̄dicatorib⁹. Et sic reuertē

tes qescant post multiplices cor-
poris lassitudinem ad mentis re
creationez: ⁊ refociliationē. Job R
iij. Ibi cessauerūt a tumultu: ⁊ re
quieuerūt fossi robore. Quod ex
ponit ibi Greg. mo. iiij. De san-
ctis cessantibus a tumultu mun
dano: ⁊ deficientibus a corpora-
li robore ⁊ humano acqescenti-
bus in ipso deo fruitionis deside
rio. Ad quam nos p̄ducat ille a
quo n̄rum esse non habet mortē
nostrum nosse non habet errorē
nostrum amare nō habet offen
sionem: prout dicit Augu. xj. de
ci. c. xviij. Ipse enim ait. Jo. xvi.
In me pacem habebitis: i mun
do aūt pressuram. In ipso enim
est pacem habere pectoris i hac
vita: ⁊ pacem eternitatis in futu-
ra: quando ponet fines nostros
pacem. Isa. xxxij. Sedebit popu
lus meus i pulchritudine pacis:
⁊ in requie opulenta. ¶ In pre-
missorum igit᷑ collatione possum
ego dicere ex veritate qd ait bea
tus Grego. in fine pastoralis ex
sua humilitate. Dum inqt mon S
strare qualis esse debet pastor in
uigilo: pulchrum depinxi homi
nem pictor fedus. Dum eni ego
hortatus sum virum religiosum
ad vtilem occupationem in om
ni hora temporis: ad exercitatio
nem debite operationis in omni
bus locis ad ordinatum modū
⁊ fructuosum in labore itineris: ⁊
ad honestatem conuersationis:

dehortando contraria descripsi qualitercũq3 qualis debet esse religiosus: ꝛ sic vt cũq3 pilchrum depinxi religiosum: existens i p̄dictis oino defectuosus: ꝛ sic pictor fedus. Et alios ad perfectionis littus dirigo: q in delictorum fluctibus adhuc versor. Et ideo restat: vt humiliter supplicem iuuenibus religiosis: si dignati fuerint hec collecta respicere: vt pietate sue orationis subleuent me de neufragio mltimode mee defectionis: quem deprimit pond⁹ proprie corruptiõis: prout supplicat beatus Greg. vbi supra. In hui⁹ inquit vite naufragio queso orationis tue tabula sustineat: vt quem pondus proprium deprimit: tui meriti man⁹ leuet. ¶ Et in hoc finis huius collectionis.

¶ Exactũ insigne hoc atq3 preclarꝫ opus: ordinariũ siue alphabetũ vite religiose a fratre Johãne Walensi editu3. Impressum venetijs per Georgiũ de Arriuabenis mantuanu3. Anno domini. M.cccc.xcvi. die penultima iulij.

REGISTRUM

a b c d e f g h i k l m n
o p q r s t v x y z ꝛ ꝯ ꝶ
A B C D E F G H I
K L M

Omnes sunt quaterni excepto M q est quinternus.

FINIS.


A
G

